DE

TRIUM,

QUAE GRAECI COLUERUNT,

COMOEDIAE GENERUM RATIONE AC PROPRIETATIBUS

DISPUTATIO.

SCRIPSIT ET EDIDIT

LEOPOLDUS FLORENS ANDREAS ROEDER,

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

Φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν
ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν
χρῆναί σ'. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ'
ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας.
ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
πᾶσι κυκλοῦσιν, οἷον ἄρ-
κτου στροφάδες κέλευθοι.

Sophocl. Trachin. v. 124 — 132.

SUSATI,

TYPIS FRANCISCI GUILIELMI NASSII.

MDCCCXXXI.

Corrigenda.

Pag. 4. lin. 7. leg. *ἐποίησε* pro *ἐποιησε*.
p. 4. l. 27. l. *Ἀριστοφάνει* p. *Ἀρισοφάνει*.
p. 5. l. 2. l. *ἔσεισε* p. *ἔσεισε*.
p. 5. l. 3. l. *ὅσον* p. *ὅσον*.
p. 10. l. 25. l. implicatus p. mplicatus
p. 11. l. 24. l. *Διονύσια* p. *Λιονύσια*.
p. 15. l. 10. l. *Θυσίην* p. *Θυςίην*.
p. 15. l. 11. l. *Ἄδρηστόν* p. *Ἄδρηστον*.
p. 15. l. 25. l. comoediae p. commoediae.
p. 16. l. 9. l. *λελήθασιν* p. *λεληθάσιν*, et *σπουδάζεσθαι* p *σπουδάξεσθαι*.
p. 16. l. 13. l. *κωμῳδία* p. *κωμῳδια*.
p. 27. l. 3. l. *εἰσιν* p. *εἰσιν*.
p. 27. l. 6. l. *καὶ* p. *καί*.
p. 29. l. 9. l. Pythagoreorum p. Pythagoraeorum.
p. 32. l. 26. l. *Ἐλπὶς* p. *Ἐλπίς*.
p. 33. l. 25. l. *ηὑρῆσθαί* p. *ηὑρῆσθαι*.
p. 34. l. 8. l. omnium p. omnibus.
p. 40. l. 13. l. adipisci p. adipsci.
p. 42. l. 15. l. augerentur p. augererentur.
p. 47. l. 13. l. *Ἀριστοφάνους* p. *Ἀριστοφάνους*.
p. 47. l. 28. et 29. l. *ὑποσχέ-σθαι* p. *ὑποσχέσ-θαι*.
p. 52. l. 5. l. Grammaticus p. Crammaticus.
p. 52. l. 6. l. *κωμῳδουμένοις* p. *κωμῳδούμενοις*.
p. 62. l. 9. l. *Φοῖβος* p. *φοῖβος*.
p. 63. l. 16. l. *ἰδών·* p. *ἰδών·*
p. 67. l. 16. l. subtilitas p. sublilitas.
p. 67. l. 25. l. apponere p. opponere.
p. 74. l. 6. l. *μου* p. *μοῦ*.
p. 77. l. 10. l. *ὑπεδειρόμην* p. *ὑπεδαιρόμην*.
p. 83. l. 6. l. *μόνοις* p. *μόμοις*.
p. 84. l. 4. l. ut, qui audirent, p. ut qui audirent.
p. 84. l. 27. l. tractare p. tractate.
p. 85. l. 23. l. *ἔχων* p. *ἔχων*.
p. 85. l. 30. l. ut p. nt.
p. 87. l. 28. l. spectatoribus p. spectatoibus.
p. 101. l. 14. l. esse p. essse.
p. 103. l. 3. l. *τῇ* p. *τῆ*.
p. 104. l. 25. l. ridicule p. redicule.
p. 106. l. 28. l. -nere p. -mere.
p. 107. l. 19. l. Blumen p. Blumem.
p. 108. l. 10. l. processis- p. prosessis-
p. 109. l. 10. l. commodis p. comoediis.
p. 109. l. 13. l. in parabasi p. a par.

p. 113. l. 22. l. soleat p. soleant.
p. 115. l. 15. l. tota p. tanta.
p. 117. l. 17. l. posset p. possit.
p. 117. l. 18 et 19. l. luculente p. luculenite.
p. 120. l. 22. l. Ἀριστοφάνης p. Ἀριστωφάνης.
p. 121. l. 2. l. παλαιᾶς p. παλαῖας.
p. 121. l. 5. l. ἀνεύθυνον p. ἀνεύθυνον.
p. 124. l. 26. l. adjuvabantur p. adjuvebantur.
p. 125. l. 8. l. non potest p. potest.
p. 125. l. 20. l. acerbe p. acerba.
p. 125. l. 24. l. in illo p. illo.
p. 125. l. 27. l. et p. at.
p. 128. l. 1. l. σκώμματα p. σπώμματα.
p. 128. l. 16. l. pauperrimus p. pauperrimrs.
p. 128. l. 28. l. in re p. inre.
p. 129. l. 13. l. quotidianus p. quotidiamus.
p. 131. l. 24. l. εἰκῇ p. εἰκῇ.
p. 132. l. 4. l. vellemus p. vellemns.
p. 133. l. 9. l. comoediae p. comoedia.
p. 133. l. 19. l. lacessitur p. lasessitur.
p. 135. l. 7. l. εἶναι p. εἶναι.
p. 135. l. 28. l. ἐστιν p. ἐστίν.
p. 135. l. 33. l. Pythagoreos p. Pythagoraeos.
p. 136. l. 21. l. τινὰς p. τινός.
p. 137. l. 15. l. argu- p. argumen-
p. 141. l. 16. l. responso p. reponso.
p. 142. l. 18. l. disputatione p. dispatione.
p. 142. l. 24. l. Canace p. Canacae.
p. 145. l. 30. l. justa p. jnsta.
p. 146. l. 9. l. lacessendi p. lacesscendi.
p. 146. l. 15. l. temperatam p. temperatem.
p. 150. l. 9. l. Eubulo p. Eupulo.
p. 154. l. 11. l. quaecunque p. quacunque.
p. 156. l. 13. l. Demetrium p. Dometrium.
p. 157. l. 6. l. tantum p. tanto.
p. 161. l. 21. l. τιμιώτερον p. τιμιώτερον.
p. 163. l. 20. l. ἑταίρας p. ἐταίρας.
p. 170. l. 24. l. sententia p. sontentia.
p. 173. l. 16. l. omnem p. omne.
p. 173. l. 18. l. ejus- p. jus-.
p. 182. l. 30. l. ἐπιγραφὴν p. ἐπίγραφην.
p. 183. l. 22. l. docebit p. debebit.

Quantum mihi studii attulit tempus, quo occupatus eram in re, quam propono, explicanda, tantum nunc detrahit timor, ne non satis, qualecumque effecero, tueri possim atque etiam commendare. Erunt enim, qui valde mirentur, quid sit, quod me ad scribendi studium contulerim, cui muneris officia sint explenda, quemque oporteat in litteris totum versari, quo facilius compensare possit caecitatis detrimentum. Quid vero? si forte tertium adjiciatur, quod praeclarum apud Horatium est, [1] ne quis rem suscipiat, qualem facultate consequi difficilius sit, aut ad scribendum curam convertat, nisi instructus ingenii praestantia? Et hoc quidem ego omnino rejiciendum arbitror ad judicium doctorum atque prudentium. At vero omnibus eis, quae prima posui, satis factum putavi; unde facultas data esset, qua rem etiam difficiliorem aggredi possem. Quo maxime autem ad id, quod institui, impulsus sum: experiri volui, utrum recte sentirent, an minus, qui omnem pulcri honestique sensum perverti putarint, si quis ad Graecas comoedias, ac praecipue Aristophaneas se applicaret. Ecquis non gravius commoveatur ejusmodi sententia, in qua parum veri inesse videatur? Quod quamquam ita est in promptu, ut disputatione vix egeat, tamen placet rem altius repetere, quo magis eluceat, ut taceam eos, quorum exemplo uti possem, si vellem. Cum alii enim tum maxime Chrysostomus adeo delectatus esse traditur Aristophanis lectione, ut semper in

1. Epist. ad Pison. v. 38.

manibus haberet, neque unquam a se dimitteret, quo melius facundiam alere atque locupletare posset. Sed exemplo non opus erit, quoniam quid judicemus res ipsa cognita docebit; etenim spero, ut quisque maxime perspiciat, quantae sint Aristophanis virtutes, ita eum probaturum maxime esse, quae deinceps explicentur. Videndum est igitur, ut ab ira studioque alieni simus, quales consuetudines apud Athenienses obtinuerint, quae vitae honestas, omnis denique vivendi sentiendique ratio, quae ita repugnat nostris moribus, ut nihil magis possit esse contrarium. Neque in his rebus omitti debet, quid differant inter se et illa et haec nostra aetas in eis, quae de decoro tradi solent ac praecipi, quibus in omnes partes usus vitae conformari debeat. Ne quis igitur tales homines desideret, qui perfecti sint, sed eis contentus esse velit, in quibus aliqua significatio virtutis appareat. Deinde vero omnino tenendum est, quid sit illud, in quo antiqua comoedia maxime versetur, ut mirum esse non videatur, si poeta eo ridendi jocandique genere uti voluerit, quod plebis multitudinem delectare ludosque praebere posset. Quo accedit, ut festi dies, quibus artis specimina ederentur, conciliarent homines conjungerentque naturali quadam societate, quae, remoto omni decori studio, libere dicendi facultatem qualemcunque praeberet. Haec igitur et talia circumspicienda sunt in omni judicio, quod de antiquae comoediae poetis laturi sumus, ut boni existimatores esse possimus, et quantum cuique debeatur, intelligere. Quicquid autem erit, quod de Aristophanis virtute statuatur studioque ejus, quo nemini parcere vellet, sed omni modo exagitare, si quem vitio obstrictum vidisset: hoc tribuendum ei est, fuisse hominem patriae amantissimum, qui pugnaret pro salute communi, oblitus suorum commodorum, quique summo odio persequeretur omnes eos, quos a priscae aetatis integritate recedere deprehendisset. Idem quamquam rei publicae administrandae potestatem aliis laudemque concedere, quam ipse eam capessere maluit, tamen artis genere, quod maxime excoluit, majorem etiam gloriam, quam ceteri illius temporis poetae, assecutus est. Is enim primus fuit, qui excellenti ingenio a natura instructus ita ad poesin latus est, ut componeret fabulas, quibus nihil addi possit, quae summae et perfectissimae judicandae sint. Omnino ratio ejus conspicua est inventionis et actionis praestantia, civili

studio audaciaque, quam vera cum gloria de se praedicare potuit, facetiarum lepore, denique singulari tractatione ejus, quod usu receptum fuit. Vere autem si volumus judicare, tenenda eorum ratio est, qui aut praecesserunt, aut concertare cum Aristophane voluerunt. Quamvis enim multi illorum poetarum jure laudentur sitque eorum nomen illustre, tamen nonnumquam ad res ejusmodi studia contulerunt, quae ineptae et absurdae merito habeantur, id quidem secuti, quo facilius plebeculae gratiam consequi possent. Quapropter non multo ingenii acumine opus est, ut intelligatur, Aristophanem pluribus locis competitorum gregem insectari voluisse ac criminari, quod fabulas suas obscoenitatibus et petulantiis varii generis implere consuessent. Saepenumero enim res ita instituta erat, ut comissantes et potantes inducerentur, ne occasio deesse videretur, qua ardentibus taedis uti possent, [2] quod simili modo de aliis rebus dicendum est. [3] Quodcumque autem est, in quo comicorum vulgus mirifice sibi placuit, id tum apparebit, cum elegantis poetae, qui omni in re, quid sit verum, videre et tueri potuerit, nonnullos locos consideraverimus. Sunt enim illi quidem nobilissimi: [4]

Φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον,
ὀλίγ᾽ ἄττ᾽ ὑπειπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί.
μηδὲν παρ᾽ ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
μηδ᾽ αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.
ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ᾽ οὔτε κάρυ᾽ ἐκ φορμίδος
δούλω διαῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,
οὔθ᾽ Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
οὐδ᾽ αὖθις ἀνασελγαινόμενος Εὐριπίδης·
οὐδ᾽ εἰ Κλέων γ᾽ ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν.

sequuntur hi versus: [5]

ὦ πάλαι ποτ᾽ ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ᾽ ἐν μάχαις,
καὶ κατ᾽ αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ᾽ ἄνδρες ἀνδρικώτατοι,
πρίν ποτ᾽ ἦν, πρὶν ταῦτα· νῦν δ᾽
οἴχεται κύκνου τ᾽ ἔτι πολιώτεραι δὴ
αἵδ᾽ ἐπανθοῦσιν τρίχες.

2. Aristoph. Eccles. v. 722. 1023. 3. Pac. v. 1314. 4. Vesp. v. 54 seqq.
5. Ibid. v. 1060 — 1065.

Adjunge, si placet, Ranarum initium, ex quo quod volumus facile intelligitur. Quod autem potissimum sequi voluerit poeta, ut eam gloriam, de qua loquimur, summam quidem illam adipisci ac comoediam ad urbani ingeniosique poematis dignitatem perducere posset, vel ex ipsa Pácis parabasi conflatur et efficitur, ubi, enumeratis vitiis, quae declinare debuerit, de se ipse praedicat haecce: 6.

ἐποιησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας
ἔπεσιν μεγάλοις καὶ διανοίαις καὶ σκώμμασιν οὐκ ἀγοραίοις,
οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας·

Qualecunque autem de se ipse sentit, quantumque laudis in suo genere sibi adsciscit: ne nimium cuipiam videatur, quoniam tum carmina ejus, quae ad nostram memoriam pervenerunt, túm judicia veterum, qualia accepimus, satis docebunt, quid ei tribuendum sit. Recté igitur expresserunt veteres grammatici, quanti aestimanda in quibusque ponenda virtus ejus videatur, quorum haec tradita sunt: primum: 7. *ὁ δέ Ἀριστοφάνης τόν μέσον ἐλήλακε τῶν ἀνδρῶν χαρακτῆρα. οὔτε γὰρ πικρὸς λίαν ἐστὶν ὥςπερ ὁ Κρατῖνος, οὔτε χαρίεις ὥςπερ ὁ Εὔπολις, ἀλλ' ἔχει καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας τὸ σφοδρὸν τοῦ Κρατίνου καὶ τὸ τῆς ἐπιτρεχούσης χάριτος Εὐπόλιδος.* deinde: 8. *Ἀριστοφάνης Φιλίππου, Ἀθηναῖος, μακρολογώτατος Ἀθηναίων, καὶ εὐφυΐᾳ πάντας ὑπεραίρων, ζήλῳ δὲ Εὐριπίδην, τοῖς δὲ μέλεσι λεπτότερος·* tum: 9. *γέγονε δὲ τῆς μὲν πρώτης κωμῳδίας ἄριςος τεχνίτης οὗτος ὁ Ἀριςοφάνης·* tum 10. *ὃς πρῶτος δοκεῖ τὴν κωμῳδίαν ἔτι πλανωμένην τῇ ἀρχαίᾳ ἀγωγῇ ἐπὶ τὸ χρησιμώτερον καὶ σεμνότερον μεταγαγεῖν, πικρότερον καὶ αἰσχρότερον Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος βλασφημούντων ἢ ἔδει:* denique: 11. *πάνυ δὲ ὢν εὐφυὴς καὶ ἀγχίνους ἐπὶ τοσοῦτον ἐν νέᾳ κομιδῆ τῇ ἡλικίᾳ ηὐδοκίμησεν ἐν κωμῳδίαις, ὡς οὐ μόνον τοὺς κατ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερᾶραι μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῖς ἐπιγιγνομένοις παρῆκεν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ τούτους μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος παρῆλθεν. οὔκουν ἀνεφάνη τις ὕςτερον Ἀρισοφάνει παραπλήσιος. διὰ τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς βασκάνοις αὐτοῖς ἀξιοῦται θαύματος.* Haec est enim fere descriptio virtutis ejus. Accedat epigramma oportet, quod Antipatri esse dicitur quodque Aristophanis nomen his versibus illustrat: 12.

---

6. Pac. v. 749 — 752. 7. Vide grammaticorum locos, quos congessit G. Dindorfius atque Acharnensium editioni praefixit; pag. VIII. 8. Ibid. p. X. 9. Apud Dindorf. pag. VIII. 10. Ibid. pag. XV. 11. Thomae Magistri judicium: Ibid. pag. XIX. 12. Antipater Thessalon. in Aristophanem. (In Anthologia Palat. vol. II. p. 63.) Apud Dindorf. pag. XX.

Βίβλοι Ἀριστοφάνευς, θεῖος πόνος, αἷσιν Ἀχαρνεὺς
κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην,
ἠνίδ' ὅσον Διόνυσον ἔχει σελὶς, οἷα δὲ μῦθοι
ἠχεῦσιν, φοβερῶν πληθόμενοι χαρίτων.
ὦ καὶ θυμὸν ἄριστε, καὶ ἤθεσιν Ἑλλάδος ἶσα
κωμικὲ, καὶ στύξας ἄξια καὶ γελάσας.

Adjiciatur ultimum Diodori epitaphium ita compositum: [13.]

Θεῖος Ἀριστοφάνευς ὑπ' ἐμοὶ νέκυς, εἴ τινα πεύθῃ
κωμικὸν, ἀρχαίης μνᾶμα χοροστασίης.

Quod et quale sit artis genus, in quo Aristophanes maxime elaborarit, quamque omnino dignum sit, cui palma deferatur, satis explicatum arbitror; sequitur, ut dicendum sit, quantopere delectare poeta ille possit et rerum humanarum peritia, et scientia ingenii humani, cujus omnis ratio in carminibus expressa videatur. Quo quidem nullus unquam fuit, qui populi vitam loquacis, ad voluptates perfruendas propensioris ac superbi accuratius descripserit uberiusque in omni re ridicula exposuerit; nulla enim vitae pars, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus esse potest, quam non ullo modo attigerit. Quapropter ipse Plato laudari debet, quod Dionysio, qui ingenium Atheniensium moresque tentare cuperet, idque saepius rogaret, Nubes misit Aristophaneas, ex quibus, quid vellet, intelligeret; cujus rei testis est locupletissimus grammaticus ita tradens: [14.] *φασὶ δὲ καὶ Πλάτωνα Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ βουληθέντι μαθεῖν τὴν Ἀθηναίων πολιτείαν πέμψαι τὴν Ἀριστοφάνους ποίησιν, τὴν κατὰ Σωκράτους ἐν Νεφέλαις κατηγορίαν, καὶ συμβουλεῦσαι τὰ δράματα αὐτοῦ ἀσκηθέντα μαθεῖν αὐτῶν τὴν πολιτείαν.* Atque hac re maxime cernitur id, quod in comicis admirari soleamus, quodque non modo delectare, verum etiam docere possit. Est autem omnino necessarium, ut, qui feliciter experiri volet, quid efficere in comico genere possit, aut quo progredi, is teneat usum vitae multiplicem eamque scientiam, qua, quomodo alii magnis variisque rebus impliciti viri se gerant, observare voluerit. Hanc igitur qui expetunt, non contenti, poeseos praestantiam se percepisse, aut magnarum artium

---

13. In Antholog. Palat. vol. I. p. 348. Apud eundem. pag. XX.
14. Apud Dindorf. pag. XVII.

disciplinis instructos esse, quique ingenii facultatibus adjungunt rerum humanarum prudentiam, ii poetae optime consequentur, quod in comoediae ratione plane desiderari soleat. Aut haec ars est, aut nulla omnino, cujus studio omnes, qui volunt, multum boni assequi possint. Sed hoc tempore tantum nobis declarandum fuit, cur, omissis aliis rebus, ad hoc nos studium potissimum contulissemus, quod in investiganda Graecae comoediae natura consisteret. Id autem explanatum est satis, ut arbitror, diligenter, ut mirum videri non debeat, quod eorum sententiam improbaverim, qui comoediae studium damnum afferre lectoribus putarint.

Quamvis igitur magna quaedam sit comoediarum jucunditas, quae mire delectare possit, sitque studium earum praeclarum, quo nihil possit esse praestantius, tamen multas habet difficultates, quae, nisi qui artium omnino rudis est et imperitus, fugere possunt neminem. Ego quidem multa mihi defuisse fateor praesidia doctrinae, quibus si instructus essem, haud scio an magis accurate cupioseque id, quod sequerer, perficere possem, ut non tantum praestitisse mihi videar, quantum illis praesentibus fieri potuisset. Tum pertinet ad omnem hujusce rei quaestionem semper in promptu habere, quam pauci sint iidemque mutilati mediae novaeque comoediae fontes, quos in re proposita consuluerim; denique respicere velis, qua utor, vitae conditionem, quae talis est, ut si non infringere spem, tamen tardare litterarum studia valeat. At vero aggredi rem volui, persuadens mihi, quantum hominis mens discendo alatur et cogitando, ut semper aliquid aut anquirat, aut agat, atque sperans, fore, ut periculo meo ad rem accuratius investigandam viros doctos et omnibus litterarum adjumentis mactatos impellerem.

I.

Quid sit comoedia universa.

Eorum, quae in philosophia et gravia et utilia disputata sunt, omnium latissime patent ea, quae de artium vi ac potestate traduntur. Est autem quod differat omnino inter ceteras artes, quae animi oblectandi caussa inventae esse dicuntur. Quaestio enim oriri debet, qua nulla gravior esse potest et difficilior, quo referenda poesis sit, quae et argumentorum multitudine ac varietate, et tractationis diversitate ac dissimilitudine inter ceteras artes longe excellat. Quicquid autem erit, in quo nonnulli poesin contineri arbitrantur, sive metro, sive imitatione, sive fictione, denique oratione ad animos commovendos accommodata, sunt nonnullae disciplinae tales, ut, propositis artis finibus, poesin omnem pervertant. Nam qui poesin ita instituit, ut nihil habeat cum arte, quae hoc nomine digna sit, conjunctum, is, si sibi ipse consentiat, a vero omnino aberrare debebit. Ipsius igitur Aristotelis, summi philosophi, disputatio justa esse certe nullo modo potest, qui in imitatione poesin positam esse diceret, quoniam eos, qui aliquid agerent, poetae imitari ei videbantur. [1] Quod cum ita statuisset, facile adduci potuit, ut duplicem dramaticae poeseos rationem inire vellet, qua id, quod significaret, explicare posset. Sunt enim, ut judicabat, homines, qui aliquid agant, alii similes eorum, quales plerique sunt, alii meliores, alii deteriores; hincque fit, ut eorum, qui meliores sint, imitatio tragoedia habenda sit, eorum vero, qui deteriores, comoedia: [2] ἐν τῇ αὐτῇ δὲ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέστηκεν. ἡ μὲν γὰρ χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν. Neque postea defuerunt, qui Aristotelem in explicandis poeseos generibus sequerentur; quorum in numero in primis Battesius haberi debet, qui in distinguendis carminibus talem disciplinam proponeret, qualis vix ferri possit. Omisso, quod alii plures eandem viam ingredi voluerunt, qua tota definiendi ratio vel maxime implicetur, pergamus ad institutum, ut significetur, qualis universae comoediae natura nobis esse videatur. Attigit, ut hoc praemoneatur, eandem

1. Aristot. Ars poët. I. 2. 2. Ibid. II. 7.

rem doctissimus Scaliger, qui haec habet: [3] sic igitur comoediam definiamus nos, poema dramaticum, negotiosum, exitu laetum, stilo populari. Qui cum non satis accurate munere functus sit, alia proponere non dubitamus. Cum enim avocamus mentem a singulis ad universa, ut neque eam, quae apud Graecos valere coepit, comoediae rationem sequamur, neque talem, qualis hodie plerumque componitur: omnis comoedia actio quaedam artificiosa judicanda est, quae et rebus gestis et personis moribusque describendis eos, qui audiant, delectare atque etiam docere possit. Eorum igitur, qui in hoc genere feliciter versati sunt, summum erat officium, ut quod vitae humanae oppositum esset, ostenderent. Unde fit, ut personarum, quae inducantur, omne studium in rebus ridiculis et vanis positum sit, quod utrum prospere cedat, an contra, nihil refert. Neque enim omnino desideratur laetus actionis eventus, quemadmodum nonnulli artium existimatores judicarunt, quod idem valet de tristi tragoediae exitu. Quae autem actio in fabulae perpetuitate explicatur, eam absolutam esse oportet, ut universam quandam sententiam exprimere atque referre possit; itaque probe definitur actionis unitas, quae vocatur, cum eam in hac re maxime cerni dicimus. Sed cum multa, quae huc pertinere possint, accuratius infra disputentur, non est, quod plura addamus, cum praesertim alii exstiterint, qui, quid hac de re cogitassent, uberius exponerent. Sunt autem in numero eorum, quos adeundos putamus, Hermannus, [4] Bouterwekius, [5] A. W. a Schlegelius, [6] alii plures.

3. De trag. et com. in J. Gronov. Thesaur. Graec. Antiquit. vol. VIII. pag. 1498.
4. Opuscul. vol. I. De poëseos generibus. pag. 20. seqq.
5. Aesthetik. Band II. S. 212.
6. Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Band I. S. 63.

II.

Quid maxime proprium sit Graecorum comoediae.

Qua in re definienda ne falli videamur, omnino tenendum est, Graecae comoediae proprietatem, qualis haberi debeat, in totius populi ingenio niti, cujus species quaedam exprimatur. Illa autem duplici ratione intelligi maxime potest, cum exceptis peregrinis omnibus, sive argumenta, sive formas, quae dicuntur, spectaveris, tum domesticis omnibus insigni propositis vigore ac veritate, qua nihil possit esse praestantius. Quod quo magis perspiciatur, repetendum altius videtur. Omnino Athenienses uberrimis sermonibus studebant, ut, cum natura leves essent, alacres, ingeniosi, molliore sensu, omnibus delectarentur, quae facetias haberent risumque excitare possent. Haec autem animi affectio tanta erat, ut, si quid accidisset, quo moveri possent, nihil omnino curarent. Hinc explicatur, quid judicemus de narratione, qua omnes cives, cum filii occidisse ad Syracusas nuntiarentur, aliique, quos caros haberent, in theatro permansisse dicantur, atque etiam ex Hegemonis parodia voluptatem cepisse plurimam. [1]. Quam verum sit, quod traditum est, facile apparebit, cum consideraverimus omne populi ingenium, quod, cum multis litteris artibusque politum esset, lusibus verborum gauderet ac festivitatis leporisque quovis genere. Praeclarum igitur Horatii illud est, quod ita legitur: [2].

> Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
> Musa loqui, praeter laudem nullius avaris.

Sed cum omnia, quae hucusque disputata sunt, ratione animoque lustraveris, nullo modo erit, quod Juvenalis verba respuas, cum nationem comoediam esse dicit. Habebant enim Athenarum cives, quod admirari solemus, eximiam ingenii vim, qua omnes res celeriter perciperent, aliorum mores imitarentur, denique res ridiculas easque, quas alienas a se putarent, accurate notarent exprimerentque. Unde factum, ut quod

1. Athen. IX. pag. 26. 2. Epist. ad Pison. v. 323. seqq.

tractare possent comici poetae, satis argumenti haberent, neque deesset actoribus occasio, qua, quamvis sit arduum, similitudinem effingerent ex animali exemplo. Quod omnino accedere debet, tota publicae vitae ratio talis erat apud Athenienses, ut ridendi jocandique materiam praeberet, cum persaepe cives multo majora molientes ostendat, quam assequi possent: id quod antiqua comoedia in rem suam convertere voluit. Hoc idem non cadit in ceteros populos maximeque Romanos, quorum tanta erat primis temporibus morum simplicitas et gravitas, vitae communis severitas, denique omnium rerum, quae ad civitatem pertinerent, constantia, ut neque mores aliquid ridiculi habere, neque publica vita in reprehensionem incurrere posset. Quibus omnibus quid possit esse magis contrarium comoediae festivitati? Quare non mirum videatur, quod Romanorum oculi auresque fabulas ludicras percipere maluerunt, quam artis venustatem ac leporem. At vero alia est ratio Graeci ingenii, quod omni modo connitetur, ut speciem quandam humanae naturae animo sibi informaret atque in arte exprimeret, idque eo melius cessit, quo erat perfectior illa imago, cujus omnis ratio tam sincera atque ingenua esset, ut ex rebus humanis concepta ad summam venustatem effingeretur. Omnino autem, ut verbo prodicatur, tota Graecorum ars eo redit, ut vitae humanae jucunditatem proponeret omniumque malorum, quae vitari non possent, solatium praeberet. Ac de Graecorum quidem ingenio diximus, unde appareat, quantam ad comicorum fabulas vim afferre potuerit. Ut vero personae, quae inducuntur, in rebus vacuis occupatae maxime sunt, ita chori ratio omnino opponitur, qui quamvis a fabulae principio iisdem, quibus ille, erroribus implicatus videatur, tamen in perpetuitate elabi studet, ut sincera populi vox, sive honesta quaedam conscientia audiatur. Quod autem chori natura ad summam animi elationem adscendit habetque, quo comoediam tragoediae conjungat, deinde, quanta ejus sit virtus eademque necessaria in comico genere, de omnibus his dicere non aggredior, cum infra facultas data sit uberius illa exponendi.

III.

De Graecorum comoediae origine et incrementis.

1.

Quoniam omnium consensu videtur patere, nihil in explananda litterarum artiumque historia difficilius fore, quam explicare, quae illae quidem ceperint, initia: haud scio an quisquam sit tam alienus ab humanitate, qui in re impedita velit requirere, quod praestare non potui. Ecquid veri omnino ego vidisse confidere possem, cum, qui rem propositam attigerint, multi reperiantur aut ad solas conjecturas confugisse, aut etiam in errores abrepti esse? Quid ergo? quo optime mihi consultum erit, sequar eum, qui ingeniosissime de artium ratione existimavit, ut omnium judicium est prudens atque sincerum, quamquam non negligam eorum diligentiam, qui eo, quod Aristotelis verba interpretari susceperint, rationis ac viae, quam ingredi oportet, obscuritati nonnihil lucis afferre possint. Pergo ad propositum.

Plerumque perhibentur veteres Graeci, quod monumentorum argumento firmari potest, pietate quadam, sanctitate, religione, quae Deorum numini tribuerentur, insignes fuisse ac reliquis gentibus praestitisse; ex quo intelligitur, quanti fuerit momenti ea animorum affectio non solum in vivendi sentiendique modum, sed etiam in artes modo inventas. Hoc autem maxime perspicitur in artis dramaticae natura, quae ad Deos colendos accommodata erat, ita ut chori cantus et saltantium motus laudes eorum exprimerent. Praecipua laus tribuebatur Bacchi honori, idque tribus feriarum generibus fieri solebat; in eo enim, tanquam in re certa, omnes consentiunt, mense sexto, Posideone, celebrata fuisse Dionysia ruralia (*Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς*, sive *τὰ μικρά*), octavo, Anthesterione, Anthesteria, quorum tres erant dies, suo quisque nomine distinctus, *Πιθοίγια*, *Χόες* et *Χύτροι*, nono mense, Elapheboliome, Dionysia magna, sive urbana (*τὰ ἐν ἄστει*, vel *κατ' ἄστυ, τά μεγάλα.*) [1]. Hoc quidem pro certo affirmatur.

1. Conf. W. Esseri Dissertat. de prima et altera, quae fertur, nubium Aristophanis editione. pag. 12.

Quid autem statuam de quarto feriarum genere, quod Lenaea nominari solet, animus haerere potest, quandoquidem etiam prudentissimos viros in eo, quod sentirent, discrepare inter se video. Etenim alii nihil differre putant a Dionysiis ruralibus, sed nomine distingui, alii eadem perhibent, quae Anthesteria nuncupantur. Hanc autem sententiam, quam Seldenus primus proposuit, Ruhnkenius in Auctario ad Hesychium probare studuit, neque defuerunt, qui eum secuti id, quod exorsus erat, praeclare pertexerent, Wyttenbachius, [2.] Spaldingius, [3.] Boeckhius, [4.] alii plures. Quid autem inde sequatur, cum tot tantique viri idem judicarint, neque inveniatur, quo inter se separati esse videantur? Nonne rem plane confectam putaveris? Sed longe aliter habet. Mox enim factum est, ut paene neglecta opinio, qua Lenaea a Dionysiis ruralibus nihil recederent, denuo afferretur, eaque digna videretur G. Hermanno, cui assentiri posset. [5.] Quem libenter sequor, Boeckhius tandem rem eo decidisse putandus est, quod, mutata priori sententia, inter eos, qui praecesserunt, mediam rationem ingressus, a Dionysiis ruralibus et ab Anthesteriis Lenaea differre ostendit. [6.]

2.

Arctam tragoediae et comoediae cognationem esse, [1.] hoc maxime ex originum ratione cognoscitur, neque refert doctorum sententias de hac re apponere, cum per se sit satis manifesta. Placet tamen recentioris cujusdam scriptoris verba accurate expressa transscribere. Muellerus enim ita loquitur: [2.] Kürzer fassen mögen wir uns über die Anfänge der Tragödie, des Gegensatzes der Komödie, bei den Doriern: wobei wir gleich zu bemerken haben,

---

2. Conf. Vit. Ruhnk. pag. 171. 222. 3. V. Praef. ad Demosth. Mid. 4. In libr. de Graec. trag. princip. cap. XVI. pag. 205. seqq. 5. In Ephemeridd. litt. Lipsiensibus ann. 1817. Num. 59—60. 6. Dissertat., inserta act. histor. et philol. Reg. Acad. Bor. an. 1816—17.

1. Vid. T. C. Scaligeri de trag. et com. comment. in Gronov. Thes. Graec. antiq. Vol. VIII. pag. 1498 in his: Tragoediae vero et Comoediae genus unum commune, commune unum nomen, Fabula. Certe haec haud longe abest ab ea sententia, quam introduxit tantum, non etiam definivit Plato in Symposio.
2. Die Dorier, Abtheil. II. S. 366.

daß dieser Gegensatz, wie er sich im gewöhnlichen Sprachgebrauch festgestellt hat, nicht in den Ursprüngen beider Gattungen gegeben war, sondern sich erst allmählig entwickelte. In den Ursprüngen lag nur so viel, daß das Komoesspiel mehr der freien Lust des ländlichen Festes überlassen war, während das Tragoesspiel sich gleich anfänglich an die öffentliche, städtische Feier des Dionysos anschloß, und von den großen kyklischen oder dithyrambischen Chören dargestellt wurde. At vero ne patiamur nos eo deduci, quod nonnulli similitudinis specie decepti fecerunt, ut utrumque genus distingui inter se posse negemus, quasi diversum unum ab altero non sit. Ita olim errasse deprehenditur Boyleus, qui *Τραγῳδίαν* principio comprehendisse opinaretur tragoediam et comoediam, [3], neque eo acquiesceret, ut notissimi ex Aristophanis Acharnensibus versus, quo facilius in usum adhibere posset, falsa omnino explicatione uteretur, [4], sed etiam alia multa adjiceret, quae ejus eruditione prorsus indigna essent. Atque etiam non est, cur Isaacum Casaubonum laudemus, alioqui praestantissimum, qui Boyleo non immerito socius possit adjungi, cum doceat, [5]. principio et comoediam et tragoediam vocatam esse *τρυγῳδίαν* vel *τραγῳδίαν*, deinde: et *τρυγῳδίαν* et *τραγῳδίαν* primum fuisse communia nomina, et tragoediae, et comoediae, Athenaei emendationi, quam felicissime sibi eruisse videbatur, confisus properanter; sed fieri non potuit, quin Bentlejani ingenii reprehensionem non effugeret. [6]. Qui summus vir quanto prudentior et sapientior in re critica recte haberi solet, tanto magis miramur temeritatem cujusdam, qui in commentatione, quae inscribitur: num Thespis tragoediae auctor haberi possit, mortuum leonem audeat arrodere. Reliquum est, ut moneatur de eo, qui in libro, quo de comica Atheniensium scena disputatur, [7]. multis locis, quibus originum utriusque generis ratio exponitur, vera cum falsis miscuerit ac

3. Vid. Bentl. opusc. philol. tom. I. pag. 317. edit. Lips. 4. Est autem hic versus: *Αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ Τρυγῳδίαν* — ex quo elicit, *Τρυγῳδίαν* significare posse tragoediam, nesciens, quod jam scholiasta, qui loci jocum vidisset, annotavit: *τρυγῳδίαν δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ κωμῳδίαν.* 5. Conf. Libr. de satyr. poesi pag. 21. 22. 6. Vid. libr. supra laudat. pag. 324. 7. **Die alte komische Bühne in Athen, dargestellt von P. F. Kanngiesser. Breslau 1817.**

confuderit. Quid enim dicamus, dum scriptum legimus: Die Dionysien wurden durch Chöre, welche Hymnen, muntere Gesänge, Dithyramben genannt, absangen, verherrlicht und gefeiert, [8]. Deinde: Die ersten Tragiker (sind zu betrachten) als beißende Spötter und Lustigmacher, welche ein Publikum fesseln wollten, welches nach vollbrachtem Gottesdienste wacker gezecht hatte und über die Formen und Regeln des gesetzlichen Anstandes bereits hinaus gekommen war, [9]. Tum: Was vielleicht nicht so leicht Glauben gewinnt, ist, daß die Tragödie auch in der erwähnten Erzählung Plutarchs durchaus nicht als ernste, sondern komische Vorstellung, als ein lustiger Zeitvertreib geschildert wird. — Es war aber (das Spiel der Tragödie) eine mimische Bänkelsängerei, eine komische Darstellung. [10]. Sin vero ita statuamus, non video, qua ratione duo genera artis dramaticae distingui inter se possint. Scimus quidem, in illa Bacchi pompa fuisse, qui τράγον ducerent eumque proponerent eis, qui superiores ex certaminibus discederent, ita ut non defuerit facultas jocandi ac ridendi, praesertim cum praeter hymnos etiam versus ludicri cani solerent, quos, nondum institutis actoribus, chori singuli quique subito funderent, Diog. Laërt. III, 56: sed tamen in Dithyrambis inerat semper serii aliquid, quod in severitatem ac gravitatem abiret neque multo post ad solennem augustioremque formam mutaretur. Tum scriptor ille de Thespide ita loquitur: [11]. Der Chor geht, oder vielmehr tanzt auf der Erde in Procession. Der Wagen, auf welchem Thespis steht oder sitzt, begleitet denselben gleichsam als Hauptmann seiner Heerschaar, und als solcher hält er, wie vormals die Anführer der Griechen bei Troja, zu Wagen die Festparade; sed de plaustrorum ratione, in quibus Thespis carmina vexisse fertur, modo plura eaque, ni omnia me fallunt, veri similiora dicentur. Denique Thespis et Susario ita junguntur, [12]. quasi in eodem artis genere versati fuerint, atque adeo alter alterius disciplina usus esse traditur, [13]. de quo magnopere ambigi debet. Satis jam superque de his erroribus disputatum erit; redeam, unde digressa est oratio, ne cui videar in his nimis diu morari, et non necessariam, vel etiam inutilem operam consumere.

---

8. Id. pag. 19. 9. Id. pag. 40. 41. 10. Id. pag. 54. 11. Id. pag. 62. 12. Id. pag. 58. 66. 74. 13. Id. pag. 79.

Jam igitur penetrare posse videmur ad origines comoediae; sed ab hac parte omnino videndum est, ne veri specie decipiamur. Prius tamen quaerimus, id quod obscurum atque difficile videri debet, tragoedia an comoedia prior fuerit, ac vehementer dolemus, nos in hac re dijudicanda veterum testimoniis destitutos esse. Quod nonnulli ostendere susceperunt, jam ante Thespidis aetatem vestigia tragoediae quaedam reperiri, id maxime efficitur Herodoti loco, [14.] qui omnium in hanc rem accommodatissimus esse videatur, et ita habet: *Τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον, καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον· τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμέωντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χοροὺς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὴν δὲ ἄλλην θυσίην τῷ Μελανίππῳ. ταῦτα μὲν ἐς Ἄδρηστον οἱ πεποίητο.* Atque in hoc consentit Themistius, [15.] qui Sicyonios ait invenisse tragoediam, perfecisse Athenienses: *Τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Σικυώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταί.* Quoniam autem etiam Aristotelem concinere eis videmus, [16.] quae de tragoediae inventione dicta sunt, hoc statuendum puto, neminem omnino esse negligendum, qui ex illis locis elicere velit, jam ante Thespidis tempus fundamenta et quasi semina jacta esse tragoediae. At ne quis eo progredi velit, ut exspectet, quod non deceat, jam tum fuisse scripta carmina vel etiam ad artis leges composita, quandoquidem, excepto chori cantu ex tempore edito, nihil eo referri potest. Itaque fieri potuisse facile perspicitur, ut nonnulli, Athenienses inventae tragoediae laudem meruisse, negarent. [17.] Quid ergo? quid ex eis, quae hucusque disputata sunt, conflari possit atque effici, ut tempus definiatur, quo utriusvis generis origines inceperint? Nihil vero; neque magis statui potest, utri prioris antiquitatis laus tribuenda sit. Neminem autem, puto, fugiat, initia commoediae ex tempore admodum longinquo, eoque, quod tragoediae primordia antegressum sit, repetenda esse, quoniam lusus animi gravitatem praecedere soleat, neque vero eodem illam tempore, quo tragoedia, artis incrementa fecisse, qua in re praeter alios consentientem habeo Scaligerum, ita dicentem, [18.] non prius inventam tragoediam esse, sed prius excultam, sero enim comoediam expolitam. Quam-

14. Histor. V, 67. 15. Orat. XIX. 16. Ars poet. III, 5. 17. Conf. Boettig. quat. aet. rei scen. pag. 6. Heinrich. Epimen. pag. 158. Hermann. ad Aristot. poet. pag. 104. 18. In comment. supra laudat. pag. 1498.

vis in sententia satis firmi esse videamur, tamen paene in errorem, si posset, nos induceret, qui ex Pindari carminibus probare laborat, summi lyrici carmina esse pro antiquissimis comoediis habenda, ita colligenda [19]. Wir entdecken in diesen ᾠδαῖς die eigentlichsten und ältesten Komödien, die wahren Ur-κωμῳδίαι vor aller alten und neuen Komödie und Tragödie: nisi haberemus, quos meliora docentes sequeremur, Thierschium et Boeckhium, ac nisi praeclarum Aristotelis testimonium exstaret de comici generis initio, hoc modo expressum: [20]. αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι᾽ ὧν ἐγένοντο, οὐ λεληθάσιν· ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθε. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν, ἀλλ᾽ ἐθελονταὶ ἦσαν; quo adjiciendus est etiam alius locus, [21]. (ἡ δὲ κωμῳδία) κατὰ μικρὸν ηὐξήθη. Qualis autem fuerit origo comoediae, ut accuratius definiri possit, est consultum nobis a summo philosopho in nobili loco: [22]. γενομένη οὖν ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικὴ καὶ αὕτη καὶ ἡ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικά, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήθη, προαγόντων, ὅσον ἐγένετο φανερὸν αὐτῆς: ex quo intelligitur, comoediae originem talem fuisse, ut a choris phallicis proficisceretur, ideoque non dubitamus omnino rejicere id, quod alius sentit: [23]. Der (Ursprung der griechischen Komödie) nicht allein auf den Dionysien zu Athen, sondern auch auf den Privat-κώμοις in ganz Griechenland zu suchen ist. Si quis naturam illorum chororum moresque indagare velit, prorsus se destitutum videbit testium auxilio, quo plurimum adjuvari possit: tamen aggrediamur, sperantes, fore, ut non nimium a vero aberrasse videamur. Est autem ordiendum a verbis ejus, cui subtile judicium rite tribuimus; sed in promptu est, non ita distincte locutum esse philosophum, ut disceptari non possit de ejus sententia. Hoc quidem inter nos convenire debet, verba ipsius ita esse intelligenda, ut comoediae origo non tam ad ipsa carmina phallica, quam ad interludia, quae phallica plerumque antecederent vel sequerentur, referenda sit. Investiganti enim singula quaeque accuratius statim occurrit, ipsorum phallicorum recitatio-

---

19. J. W. Kuithan: Versuch eines Beweises, daß Pindars Sieges-Hymnen als Ur-Komödien zu betrachten sind, S. 76. 20. Art. poet. V, 2. 21. id. IV. 14. 22. Id. ibid. 23. J. W. Kuithan in libr. cit. pag. 132.

nem hic omnino distingui ab initiis illis non praemeditatis, a quibus comoedia inceperit; etenim ni Aristoteli in animo fuisset, hoc modo dignoscere, non verbis: ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὰ φαλλικά, sed alia quavis ratione sententiam exprimere potuisset, neque dubium est, quin ἀπὸ τῶν φαλλικῶν ηὐξήθη dicturus fuisset. Quodcunque igitur judicamus, qui ὁ ἐξάρχων τὰ φαλλικά perhibetur utrum praecinisse putandus sit, an carmina cecinisse, nemo in eo abhorrere a me volet, quod non a carminibus phallicis, sed ab histrionibus ducenda sit comoediae origo. Quae cum ita sint, intelligi debet, rem aliquam propositam esse, qua comoedia modo nata perfectior reddi potuerit. Sed quoniam histriones non continuo in carminum phallicorum recitatione versabantur, sed singuli invicem se excipiendo eos, qui aderant, delectare debebant, opportunitas data erat, qua sermones de argumentis quibusdam haberi possent. Quae autem et qualia fuerint, quamquam exploratum non habemus, tamen instituto aptum fuit atque conveniens, ut histrio, dum chorus a cantu requiesceret, aut narraret, quo quis irrideretur, aut se ipsum populo ridendum praeberet, denique animos quocunque posset modo caperet. Itaque fieri potuit, ut ratio ac via pateret, qua fabulae, quae hoc nomine dignae essent, emergerent, posteaquam mos τοῦ ἰαμβίζειν ἀλλήλους paullatim negligi atque extingui coepisset. Qui ea, quae ad hunc locum disputavimus, in dubiis habere velit, is perpendere debebit, non omnia quidem cum rerum fide tradita esse, at vero non defuisse, qui eandem rationem, qua comoediae origines explicari possent, teneri vellent.[24] Restat, ut quaeratur, qualis tandem fuerit illa comoediae ἀρχὴ αὐτοσχεδιαστική, sive interludiorum ratio, quibus vulgo phallicorum recitationem vel exordiebantur, vel excipiebant. Tametsi nihil apposuit philosophus, quo hanc rem declararet, tamen non alienum erit conjicere, illa rudia αὐτοσχεδιάσματα inter se diversa fuisse, ita ut modo saltationes mimicas, modo petulantia dicteria, modo narratiunculas joculares continerent.[25] Fortasse plus etiam lucis huic rei affulgere poterit, cum grammatici cujusdam verba audierimus,[26] quae ita compa-

24. Conf. Vossius ad Virgil. Georg. p. 401. Thierschius ad Pind. I. p. 142. Herm. ad Aristot. poet. pag. 113. 114. O. Muelleri die Dorier Abtheilung II. S. 347.
25. J. Casaub. de satyr. poesi, pag. 15. 16.
26. Schol. ad Aristoph. Acharn. v. 242.

rata sunt: *Φαλλός, ξύλον ἐπίμηκες, ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον ἐξηρτημένον. ἵστατο δὲ ὁ φαλλὸς τῷ Διονύσῳ, κατά τι μυστήριον· περὶ δὲ αὐτοῦ τοῦ φαλλοῦ τοιαῦτα λέγεται. Πήγασος ἐκ τῶν Ἐλευθήρων λαβὼν τοῦ Διονύσου τὰ ἀγάλματα ἧκεν εἰς τὴν Ἀττικήν. οἱ δὲ Ἀττικοὶ οὐκ ἐδέξαντο μετὰ τιμῆς τὸν θεόν, ἀλλ' οὐκ ἀμισθί γε αὐτοῖς ταῦτα βουλευσαμένοις ἀπέβη. μηνίσαντος γὰρ τοῦ θεοῦ, νόσος κατέσκηψεν εἰς τὰ αἰδοῖα τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ δεινὸν ἀνήκεστον ἦν. ὡς δὲ ἀπεῖπον πρὸς τὴν νόσον κρείττω γενομένην πάσης μαγγανείας καὶ τέχνης, ἀπεστάλησαν θεωροὶ μετὰ σπουδῆς. οἳ δὴ ἐπανελθόντες ἔφασαν ἴασιν εἶναι μόνην ταύτην, εἰ διὰ πάσης τιμῆς ἄγοιεν τὸν θεόν. πεισθέντες οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι, φαλλοὺς ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ κατεσκεύασαν, καὶ τούτοις ἐγέραιρον τὸν θεόν, ὑπόμνημα ποιούμενοι τοῦ πάθους.* Neque inutile erit, adjungere insignem Athenaei locum, [27] in quo exponitur de festi natura, quod apud Sicyonios agitabatur; est autem petitus ille quidem ex Semi Delii libro, de Paeanibus conscripto, atque ita institutus: *Οἱ δὲ φαλλοφόροι, φησί, προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον δὲ ἐξ ἑρπύλλου προτιθέμενοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ. καυνακάς τε περιβεβλημένοι παρέρχονται, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας, βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ καὶ λέγοντες.*

Σοὶ Βάκχε τάνδε μοῦσαν ἀγλαΐζομεν,
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει
καὶ μὰν ἀπαρθένευτον. οὔτι ταῖς πάρος
κεχρήμεθα μὰν ᾠδαῖσιν, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

εἶτα προτρέχοντες ἐτώθαζον οὓς ἂν προέλοιντο, στάδην δὲ ἔπραττον· ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων καταπλησθεὶς αἰθάλῳ. Qui volet, evolvat et legat Muelleri verba, quibus ea, quae Athenaeus narravit, patrio sermone exprimuntur. [28] Quaestio autem hic oritur, quid de phallici generis numero statuamus; nec vero est, quod dubitemus, cum habeamus, quem sequamur. Diserte enim tradidit scholiasta ad Acharnensium locum, quem supra attulimus: *πεισθέντες οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι, φαλλοὺς ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κατεσκεύασαν·* quibus ex verbis quisque mecum efficere debebit, duplex omnino phallicorum genus fuisse, unum privatorum, alterum publicorum, quod etiam W. Schneiderus, de eadem re disserens, dicere non dubitavit. Quo maxime autem in hac sententia adju-

27. Athen. XIV. pag. 622.
28. Die Dorier Abtheil. II. S. 347. 348.

tum me sentio, id debet intelligi ex loco Aristotelio, quem ita legimus perscriptum: 29. ἡ δὲ κωμῳδία, διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθε, quocum conferatur alius apud eundem: 30. (ἡ δὲ κωμῳδία) κατὰ μικρὸν ηὐξήθη. Edocemur autem his verbis, primo comoediam hominibus non admodum fuisse cognitam, cum minus exculta esset; quoniam autem jam ab initio phallica ruri floruerunt, eaque privata, ut seris etiam temporibus frequentarentur: 31. nonne facile eo perducimur, ut initia comoediae, quae homines latuerint, phallica publice instituta habeamus, quae in urbem recepta essent. Haec autem eo minus in usu esse atque agitari coeperunt, quo magis ruralia efflorescebant, ita ut ipsa illorum memoria obscurata esset vel etiam evanuisset. Et his quidem expositis, id, quod voluimus, duo fuisse phallicorum genera, est comprobatum.

3.

Satis jam disputatum erit, quid de comoediae origine statuendum sit; quapropter jam tempus est, in eo, quod proposuimus, ultra progredi, ut etiam de phallicorum natura et indole explanetur. Qua in re viam teneamus, quam a Boettigero bene munitam videmus praeclare in hunc modum locuto: 1. Die Weinlese ist die Mutter aller Maskeraden, die nun wieder Gegenstand der dramatischen und bildenden Kunst wurden. Bei den Weinlesefesten entstanden alle Dramen des Alterthums. Vor allen blieb das Drama satyricum in seiner doppelten Abtheilung dem alten Charakter bäurischer Lust getreu. Sprünge und muthwillige Intermezzo's liegen in diesem Kreise. Die Polichinells und Arlekine und Clowns der alten Bühne und die Satyren und Panisken. Ratio igitur phallicorum talis erat, ut ii, qui choris interessent, summa jocandi ac ridendi licentia uterentur, neque parcerent eis, qui singulari modo notandi essent, quod eo saepius factum putaveris, quo minus legis poena coercerentur. Ne quis vero existimet, chorum hoc munere functum esse, ut alios corrigeret; nihil aliud sibi proposuerat, nisi ut populi risum excitaret. At forsitan tamen fieri potuit, ut ii, qui dies festos agerent, injuriam, quam

29. Ars poet. V, 3. 30. Id. IV, 14. 31. Welcker, Anmerk. zu seiner Uebersetzung der Frösche des Aristoph. S. 268. 269.

1. Andeutungen, S. 165.

alii intulissent, ulciscerentur, cujus rei testis est Platonius: [2] *Τὸ παλαιὸν οἱ ἐν ταῖς κώμαις ἀδικούμενοι ὑπὸ τῶν πολιτῶν, νυκτὸς ἀπήρχοντο παρὰ τὸν δῆμον ἐκεῖνον, ἔνθα ὁ ἀδικήσας ἦν, καὶ ἔλεγον, ὅτι ἔστι τὶς ἐνταῦθα ποιῶν εἰς τοὺς γεωργοὺς τάδε. καὶ τοῦτο ποιοῦντες ὑπεχώρουν λέγοντες καὶ τοὔνομα. μεθ' ἡμέραν δὲ ὁ δράσας ἐξητάζετο, καὶ οὕτω αἰσχυνάμενος ἀνεστέλλετο τοῦ ἀδικεῖν.* Alio loco Anonymus ita tradit: [3] *φασὶ γὰρ ὡς πρὸ τοῦ εὑρεθῆναι τοὺς κωμικοὺς ποιητὰς ἀδικούμενοί τινες ὑπό τινων ἀφανῶς ἤρχοντο ἐν νυκτὶ ἐπὶ τοὺς τῶν ἀδικούντων στενωποὺς, βοῶντες, ὁ δεῖνα ἀδικίᾳ χαίρει καὶ τὰ καὶ τὰ πράττει, θεῶν ὄντων καὶ νόμων· καὶ τούτων λεγομένων οἱ συνειδότες ἑαυτοῖς ταῦτα, σώφρονες ἐγίνοντο τοῦ λοιποῦ.* Quo major autem dierum laetitia esset, non solum omnia, quibus Bacchus delectaretur, permissa sibi putabant, sed etiam, ut dei memoriam colerent, faece oblinebant faciem, auctore Anonymo: [4] *τρυγὶ διαχρίοντες τὰ πρόσωπα ὑπεκρίνοντο,* et alibi: [5] *πηλῷ χρίοντες καὶ τρυγίᾳ.* Optimo autem jure affirmari poterit, non singulos quosque homines, qui ruri degerent, sacra Bacchi fecisse, sed plures conjunctis viribus instituisse; idque in promptu est, si meminisse velis, homines agrestes facillime inter se congregari, neque aliter fieri potuisse, ut rem suam agerent, nisi quod plures, festi communitate conjuncti, instituendi atque ornandi chori sumtus praeberent. Sed in omni hac re videndum erit, quid maxime necesse fuerit; inde enim intelligetur, eos, ex quibus chorus constaret, a vico ad vicum migrasse, ut opportunis locis phallica canerent, id quod comprobatur Euanthii verbis: [6] c o n s t r u c t i s a r i s i n h o n o r e m d i v i n a e r e i c i r c u m A t t i c a e v i c o s, v i l l a s, p a g o s e t c o m p i t a f e s t u m c a r m e n s o l e n n i t e r c a n t a b a n t. Quare, cum haec communis fuerit ratio chororum, non ineptum erit conjicere, neque quisquam infitias ire velit, plaustris opus fuisse, quibus veherentur, ut, quod vellent, consequerentur. At chori dithyrambici et satyrici longe aliam fuisse rationem mihi persuadeo, quamquam non ita statuunt Kanngiserus: [7] Thespis hält zu Wagen die Festparade, et Genellius: [8] und der oft erwähnte Karren dieses Dichters mag wohl schon so zugerichtet gewesen sein, daß er den Declamator einigermaßen scenisch vorstellte; freti haud dubie Horatii versibus:

---

2. Vid. Acharn. pag. XI. edit. Dindorf. Lips. 1828., quibus Grammaticorum verba praemissa sunt. 3. Ibid. pag. XIX. 4. Ibid. pag. IX. 5. Ibid. pag. XII. conf. Schol. ad Aristoph. nub. v. 295. 6. De trag. et com. ed. Zeun. pag. 27. 7. In libr. supra laud. pag. 63. 8. Theater zu Athen, S. 14.

> Ignotum tragicae genus inuenisse camenae
> Dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis,
> Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.

Sed jam pridem alii monuerunt, neque est, cur dissentire velim, Venusini verbis non nimium tribuendum esse, sed potius diffidendum, quandoquidem a nullo scriptorum, excepto illo quidem, res ita tradita sit. Huc autem accedit, quod haud leve argumentum ex nominis ratione peti potest; omnino, qui hanc rem recte explicaturi sunt, hoc teneant, *χορὸν κύκλιον*, quo alio nomine dithyrambicus nuncupari solebat, talem fuisse, qui circa aras Bacchi saltaret. Quid igitur vehiculo opus erat, cum neque locum mutare, neque alio transire chorus consuesset? Sequitur, ut de altero chororum genere dicendum sit, utrum plaustrorum usu, quo rem suam perficeret, adjutum fuerit, an non fuerit. Quamquam autem ex ipsius rei natura non falso conjecturam capias, choros comicos, quo facilius a loco ad locum procedere possent, plaustra in usum convertisse, hoc tamen nonnulli negarunt, in quibus imprimis Meinekium habemus, ita disputantem: 9. „Qua in re non uno, sed pluribus actoribus usum esse Susarionem, indicat Anonymus de Com. p. XIII. *οἱ περὶ Σουσαρίωνα τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως*, quibus deinde Cratinum opponit, qui primus omnium *τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν κατέστησε*. Quae si vera sunt, profecto in plaustris illas comoedias actitatas esse parum credibile est, quae Bentleji fuit opinio, Arundeliani lacunam marmoris Epoch. 34. ita e conjectura supplentis: *ἀφ' οὗ ἐνά[πην] αις κωμῳ[δίαι ἐφορήθησαν ὑπὸ] τῶν Ἰκαριέων, εὑρόντος Σουσαρίωνος*. Cujus rationi etiam hoc obstat, quod plaustra illa, nisi ubi de tragoediae origine agitur, a nemine unquam commemorantur.“ At vero sunt, quibus res componi posse videatur; quo facilius enim illud, quod quaerimus, effici possit, apponam locum, in quo de comicis omnino sermo est: 10. *Τρυγοδαίμονες] Ἐπειδὴ τὴν τρύγα χριόμενοι, ἵνα μὴ γνώριμοι γένωνται, οὕτω τὰ αὐτῶν ᾖδον ποιήματα κατὰ τὰς ὁδοὺς ἁμάξης ἐπικαθήμενοι· διὸ καὶ παροιμία ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖ· ἤγουν ἀναι-*

9. Quaest. scen. specim. prim. 10. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 295.

σχύντως ὑβρίζει· τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ κωμικοὶ ποιηταί. Deinde vero non erit, quod in numero actorum haereamus, quasi vero non potuerint curru descendere, quotiescunque saltato opus esset, aut quavis re acta, quae plus spatii desideraret.

Sed jam eo pervenisse videmur, ut exponi de nominis ratione uberius possit, quo totum genus consueverit nominari. Quamvis autem cum aliis facile eo adducimur, ut nomen generis, quod ruri originem invenerit atque etiam incrementa ceperit, ex vocibus *κώμη* et *ᾠδή* conflatum, ideoque veluti ruri petendum arbitremur: tamen aliter explicandum et derivandum esse, nunc inter plerosque convenit. Optime enim rem expedivit Muellerus, qui cum antecellere multis ingenii gloria solet, tum eis, quae de Doriensium populis conscripsit, plurimam laudem meruit, in hunc modum disserens: 11. Das aus dem Namen „Komodia, Komengesang" und der Thatsache, daß die Peloponnesier ihre Dörfer Komen, die Attiker Demen nannten, entnommene Argument für den Dorischen Ursprung, können wir freilich nicht gelten lassen, da die Ableitung des Namens vom Komos, als schwärmendem Festzuge, die bei weitem wahrscheinlichere ist. Sed jam prius eruditissimi homines, qui aliquid de artibus poterant judicare, quid nomen comoediae significare posset, ita disputarunt, ut ad veritatem proxime accessisse videantur; in quorum numero sunt Euanthius: 12. orta est comoedia *ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* composito nomine, vel *ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν*; atque J. C. Scaliger: 13. Habes autem hujus significationis vestigia in mutilis versibus, qui exstant, Epichar. *Ἐκ μὲν θυσίας θοίνης πόσις: ἐκ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου θυανίη: ἐκ θυανίης δίκη: ἐκ καταδίκης πέδαι τε, καὶ σφάκελος, καὶ ζημία,* ubi *κῶμον* e potu, ex Como insaniam ortam scribit. Theopompi quoque verba subnectam ex lib. IV. historiarum, de Philippi Macedonis intempestiva incontinentia. *καὶ πιὼν δὲ τὴν νύκτα πᾶσαν καὶ μεθυσθεὶς ἢ ἤδη πρὸς ἡμέρᾳ ἐκώμαζεν.* Ut fuerit sub lucem us-

11. Die Dorier, Abtheil. II. S. 351. 12. De trag. et com. pag. 27. ed. Zeun. 13. De trag. et com. comment. pag. 1496. 1497. in thes. supra laud.

que comessatio, tanquam Acerrae illius, quem facete descripsit Martialis. Lucianus quoque in Discategorumento Lunam ait splendere *τοῖς κωμάζουσι*. *Ἐπικωμάζειν* autem verbum est, sicut apud Hippocratem *ἐπικραίνειν*: cum repetitur Comessatio, alia sane res a Repotiis: quemadmodum in Originibus declaratum est. Ejus vocis notionem expressere per aliud verbum, *βαλλίζειν*: quod rarius quidem est. Fortasse et lenones Ballones inde. Eo verbo et Alexis, et Sophron, et Epicharmus usi sunt in suis Comoediis. Ac duobus his testimoniis, quae modo dixi, alia adjunguntur, quae grammaticorum studio debentur. Haec autem ita instituta sunt, ut rem integram relinquant, quare, quodcunque velis, inde efficere possis. Sunt quidem haec: 14. *Τὴν κωμῳδίαν ηὑρῆσθαί φασιν ὑπὸ Σουσαρίωνος· τὴν δὲ ὀνομασίαν ἔχειν οἱ μὲν ὅτι ἐπὶ τὰς κώμας περιιόντες ᾖδον καὶ ἐπεδείκνυντο, μήπω πόλεων οὐσῶν, ἀλλ' ἐν κώμαις οἰκούντων τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ ἀντιλέγοντές φασι, μὴ κώμας καλεῖσθαι παρὰ Ἀθηναίοις, ἀλλὰ δήμους, καὶ κωμῳδίαν αὐτὴν καλοῦσιν, ἐπεὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον*, et alibi: 15. *Ἰστέον, ὅτι κωμῳδία ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ἐν κώμαις ᾄδεσθαι τὰς κωμῳδίας (κώμας δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς στενωπούς) ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς κωμάσεσι τοῦ Διονύσου πρῶτον ἐπινοηθῆναι ταυτασί, ἢ παρὰ τὸ κῶμα, ὁ ὕπνος.* Denique illud quidem maxime exploratu difficile est, quando homines comoediae nomine uti coeperint, cum res omnino in incerto posita sit. Nec vero, quid sentiam, dixisse poeniteat; veri enim simillimum est, comoediam sic nominari coepisse tum, cum tragoedia ad artem redacta et certis limitibus circumscripta esset, quod quidem seriori aetati tribuendum est, siquidem tempus artium sit et lima et lex.

4.

Quemadmodum origines comoediae revocentur ad choros phallicos, satis explicatum arbitror; sequitur, ut reliqua persequar, quae pertinent ad quaestionem, utrum Doriensium populis, an Atheniensibus palmam inventae comoediae deferamus; deinde, quomodo factum sit, ut hoc genus magis progredi atque excoli potuerit. De quibus dicere aggrediar, quam-

---

14. Platon. *περὶ κωμῳδίας*, pag. VIII. ed. Dindorf.

15. ibid. pag. XIX. *Θῶμα τοῦ Μαγίστρου*. conf. pag. XII.

quam Genellius aliquid certi exploratum iri desperavit: [1]. Exposuit rem Aristoteles hoc modo: [2]. *διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς. τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς, οἵ τε ἐνταῦθα, ὡς ἐπὶ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής, πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος. καὶ τῆς τραγῳδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον· οὗτοι μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασίν· Ἀθηναῖοι δὲ δήμους ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως· καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πράττειν προσαγορεύειν.* His verbis non diserte quidem expressit, quid aut ipse sentiret, aut alios vellet judicare, sed tamen non obscure indicavit, se in eo, de quo disceptaretur, priores Doricae genti tribuere. Sed ut a ratione suscepta disputatio videatur, primo scriptorum locos, qui huc pertineant, conferendo expendamus, quo facilius deinde nostro judicio uti possimus. Quod autem Megarenses contenderunt, apud se jam priscis temporibus comica obtinuisse ludicra, id quidem suo jure dixerunt, quoniam mature rem comicam tractare atque ad artem informare coeperunt. Quocum prorsus consentiunt Muelleri verba: [3]. „Diese Annahme wird dadurch bestätigt, daß die Megarer gegen die Athener behaupteten, die Erfindung der Komödie sey ihr Werk, und wahrscheinlich mit Recht, wenn man den Begriff überhaupt für die Entstehung von Gattungen der Poesie anwendbar findet, die aus gewissen Richtungen des Gefühls und alten Festgebräuchen so allmählich hervorgingen, daß es schwer oder unmöglich ist, einen Anfangspunkt für den künstlerischen Betrieb derselben festzustellen." Quae quamquam ita sunt in promptu, ut res disputatione non egeat, tamen omnino difficile erit ad dijudicandum, quae et qualis Megarensium fuerit comoedia. At non est, quod vereamur, ne officio nostro non satis fieri possit, cum praestantissimi hominis, qui in hoc genere egregie elaborarit, studio operaque adjutos nos videamus plurimum. Est autem ille Meinekius, ita rem explanans: [4]. S e d u t i p s e i l l e p o p u l a r i s M e g a r e n s i u m i m p e r i i s t a t u s , P l u t a r c h o t e s t e , i n p e t u l a n t i s s i m a m l i c e n t i a m d e g e n e r a v e r a t , i t a e t i a m c o m o e d i a , q u a u s i s u n t , v i d e t u r a d p r o c a c i s s i m a s c a v i l l a t i o n e s d e s c e n d i s s e , e t i n s u l-

---

1. Theater zu Athen, Einleit. S. 3. 2. Ars poet. III, 5. 6. 3. Die Dorier, Abtheil. II. S. 349. 4. Quaest. scen. specim. prim. pag. 4.

sissima quaeque sive praemeditato sive extemporali sermone effutiisse. Quid tandem inde sequatur, si cognitum sibi fuerit, tenuisse priscos Atticos eandem rationem, quam Megarensium poetae adhibuerint? Nonne persuadere tibi velis, expressisse illos imitando ea, quae Megaricorum essent? Profecto ita est. Quod quo magis intelligi possit, non aliorum opus erit judicio, nisi Ecphantidae versibus, quos ita disposuit vir doctissimus: [5] *Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα δίειμ'. ᾐσχυνόμην τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν*, atque interpretatus est: nolo spectatoribus molestus esse Megaricae comoediae carmine recitando; pudet enim fabulam meam insipidis, quales Megarensium poetarum sunt, jocis adspergere. Atque etiam aetate ea, qua cum optimae litterae, tum artes ad elegantiae laudem pervenerunt, non modo probata, verum etiam amata Megaricorum ludicra esse perhibentur, id quod, ne quis velit admirari, poterit Aristophanis versibus confirmari: [6]

μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.

Jam vero de eo dicere suscipiam, qui ingenii gloria artem ita emendare et excolere potuit, ut Atticorum exemplum fieret imitatione dignissimum, si prius tempus, quo Megarensium comoedia floruit, paucis attigero. Quod quidem instituere necesse erit propter ea, quae deinceps sequuntur. Eruditi autem homines, qui res Megaricas singulari studio persecuti sunt, tradere non dubitant, in monumentis earum bis significari tempus, quo summa civitatis penes populum fuerit. Incidit autem duplex illud tempus inter Olymp. XLII. et Olymp. LXXXIX., quare investigari debet, utrum populi imperium Aristoteles, quem supra de eadem re disputantem laudavimus, verbis: [7] *ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης*, intelligi voluerit. Sed nolo esse longior, quam necesse erit, quandoquidem Meinekius rem ita diremit, ut statueret, eam plebis dominationem intelligi, quae brevi post expulsum Theagenem Olymp. XLIII. vel XLIV. Megaris instituta sit. [8] Mihi autem haec oratio suscepta non de fabulis est, quae Nisaeae excultae

5. Id. Ibid. pag. 5. 6. Vesp. v. 57. seq. 7. Ars poet. III, 5. 8. Quaest. scen. specim. I. pag. 3. 4.

sunt, sed de genere toto, quod pertinet etiam ad eos, qui in Sicilia consederant, Megarenses. Etenim non est id quidem dubium, quin, cum uterque populus communionis vinculo quodam contineretur, etiam optima studia ab uno tradi ad alterum potuerint. [9] Sed ad propositum revertamur. Erat igitur Epicharmus ille artifex, cujus in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, qua eam, quae tunc temporis erat, comoediae formam ita instituit, ut ad artis leges facta ac numeris suis absoluta videri posset. Hoc loco omitto enarrare ea, quae multi de Epicharmi vita tradidere, cum neque ad rem omnino pertinere, neque erroribus vacua esse videantur. Eo referendum est, quod nonnulli non unum, sed duos Epicharmos in antiquitate vixisse contenderunt, aut ulterius etiam progressi duobus illis tertium addiderunt, qua de re plura disseruit Hermannus Harless eo modo: [10] Dissensio illa de uno Epicharmo vel duobus statuendis ad recentiora usque tempora virorum doctorum sententias distraxit et ingenia agitavit. Unum eundemque Epicharmum comicum et philosophum fuisse censent antiquiores quidam v. c. Mongitor, G. J. Vossius et al., duos vindicandos judicant C. Gessnerus, Hier. Columna, Meursius, Saxius, Mohnikius et al., quibus accessit b. Avus G. Chr. Harless (ad Fabric. l. I. p. 298.).

Quae autem veteres de poeta comico et philosopho attulere, omnia ea explanavit C. J. Grysar in libro nuper edito, [11] ut dubii nihil relinquatur, quin ea, quae tradita sint, ad unum eundemque virum pertineant.

Quicquid est igitur, quo Megarensium comoedia praestare reliquis potuerit, siquidem unum actionis argumentum haberet, quo omnia deinceps dirigerentur, id quidem ad ultimam sui generis formam speciemque Epi-

---

9. Conf. Müller, die Dorier, Abtheil. II. S. 352. 10. De Epicharmo Dissert. pag. 13.
11. Quaest. de Dor. com. pag. 101. seqq. conf. O. Mueller., in libro saepius laud. pag. 350. et Herm. Harless, pag. 19., qui jam ante reliquos docte de his rebus disputaverat.

charmus redegit. Qui quantopere dignus sit, qui a nobis laudetur, maxime ex Grammatici cujusdam verbis intelligetur, quae haec sunt: [12]. *τούτων δὲ εἰσιν ἀξιολογώτατοι Επίχαρμος, Μάγνης, Κρατῖνος, Φερεκράτης, Φρύνιχος, Εὔπολις, Ἀριστοφάνης. οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διεῤῥιμμένην ἀνεκτήσατο πολλὰ προσφιλοτεχνήσας. χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ' Ὀλυμπιάδα· τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ εὑρετικὸς καί φιλότεχνος*, sed proxima inde a verbis: *οὗτος πρῶτος* ad Epicharmum pertinent, quibuscum si jungere velis Aristotelea: [13]. *τοῦ δὲ μύθυς ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν*, mox ita explicata: [14]. *ἔστι δὲ τῆς μὲν πράξεως ὁ μῦθος μίμησις· (λέγω γὰρ μῦθον τοῦτο, τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων) τὰ δὲ ἤθη, καθ' ἃ ποιούς τινας εἶναί φαμεν τοὺς πράττοντας*, non amplius fugere nos potest, et quanta laus ei poetae tribuatur necesse sit, et quae sit ratio, quae viris prudentibus probari potuerit. Tota autem laus duplici ratione continetur; altera enim eo pertinet, quod formam generis excoluit, quod quidem ut assequeretur plurimum adhibuit et temporis et diligentiae, altera in sententiarum natura versatur, quibus poemata componere studuit. Sed ne aliis temere assentiri, neve nimium Epicharmo tribuere videamur, satis erit meminisse, quanto studio quantaque cura opus fuerit, ut vitia eorum, qui in conformandis fabulis praecessissent, effugeret. Omnino enim carebant istae fabulae artis ratione, ita ut neque una narratione continerentur, neque haberent, quo interiorem quendam nexum atque ordinem servarent. Quare fit, ut recte a grammatico *κωμῳδίαι διεῤῥιμμέναι* vocentur. Quanto magis autem jure laudabitur Epicharmus, qui, vitiis declinatis, studium eo contulit, ut majorem fabulam eandemque perfectam conficeret. Altera autem laus, quam ad sententiarum praestantiam pertinere dixi, priore non minor habenda est. Etiamsi enim poetam non oporteat philosophum esse, ut etiam praecepta doctrinae tradere possit, tamen et commendationis plus habet, in illa quoque si excellat, et plurimum in arte adjuvari solet ingenio, quod ad res philosophicas se componere haud neglexit. Quare jure suo fecit grammaticus, quod Epicharmum *τῇ ποιήσει γνωμικὸν καὶ εὑρετικὸν καὶ φιλότεχνον* fuisse tradidit; neque altius petenda causa est, cur ita eum adamare tanti-

12. Ap. Dindorf. pag. IX. 13. Ars poet. V. 5. 14. Id. VI. 8. conf. Harless, pag. 44, ubi erravit in interpretatione verborum: *μύθους ποιεῖν*, quod docemur altero Aristotelis loco.

que gloriam ejus facere potuerit Plato, philosophiae auctor optimus ille quidem, ut praeferret etiam Aristophaneae, quae magna et haud scio an maxima fuerit. Locutus autem est ita: 15. *καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς. καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, εἰπών· Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθὺν, πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως.* Eodem modo judicium tulit nostrae aetatis scriptor Muellerus: 16. Aber auch Epicharmos selbst ist viel weniger bekannt und beachtet, als es die schriftstellerische Eigenthümlichkeit und künstlerische Größe des bewundernswürdigen Mannes verdient, et alibi: 17. Daß die Behandlung der Epicharmischen Komödie in ihrer Art vollendet, bezeugt die große Achtung der Alten, namentlich Platons; und wenn die attische Komödie hernach in komischer Satyre und Persiflage noch mehr geleistet, so war des Sikulers Streben allgemeiner und höher. Die Attiker waren, nach Aristophanes zu urtheilen, fast einseitig praktisch; und eine gewisse im Leben entstandene Ueberzeugung, was dem Volke fromme, bildete den Ausgangspunkt ihrer Komik: bei Epicharm lag, wenn die wahrgenommenen Elemente seiner Poesie organisch verbunden waren, eine philosophische Weltansicht im Mittelpunkte, deren Erhabenheit der Komik erst ihre wahre Freiheit und Heiterkeit geben konnte, und dabei entbehrte die Lebensbetrachtung auch nicht des scharfen und eindringenden Verstandes, der die Sikuler charakterisirt. Quid autem, quod summi viri A. W. a Schlegelius et Boettigerus longe aliter sentire non dubitarint? Qui ut ita dicerent, adducti fortasse sunt silentio, quod Quintilianus, dicendi magister, tenuit, qui de Epicharmo nihil omnino adjecit, quamquam aliorum multorum, qui in antiquitate floruerunt, poetarum memoriam recoluit. At iste quidem ex Rhetorum officinis exstitit orator, non ex academiae spatiis, ut Tulliana verba mea faciam. Quae cum ita sint, non erunt, qui mirentur, quod Epicharmus suas ipsius laudes ita praedicaverit, ut etiam immortalitatis gloriam sibi consecuturus videretur. Id quod omnino apparet ex his versibus: 18.

Ὡς δ᾽ ἐγὼ δοκέω, σαφὲς δοκεῖ γὰρ ἄμμι τοῦθ᾽ ὅτι
Τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ᾽ ἐσσεῖται λόγων τούτων ἔτι.

---

15. Theaetet. §. 8. pag. 153. 16. Die Dorier, Abtheil. II. S. 353. 17. Id. pag. 359. 360. 18. Diog. Laert. III. segm. 9.

Καὶ λαβών τις αὐτὰ, περιδύσας τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει,
Εἷμα δοὺς καὶ πορφύραν λόγοισι ποικίλαν καλοῖς,
Δυσπάλαιστος ὢν τοὺς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.

Reliquum est, ut rem attingamus, quae gravissima haberi possit, quoniam doctissimi viri mire inter se dissentiunt. Alii enim, et testium auctoritate et suo ingenio ducti, peculiari libro de genere Philosophico Epicharmum scripsisse judicarunt;[19] alii id omnino negantes philosophicas sententias comoediis ejus immixtas fuisse contenderunt;[20] quandoquidem lege omnino vetitum fuerit, ne ii, qui se disciplinae Pythagoraeorum traderent, quicquid audivissent, litteris unquam mandarent. Neutrorum autem sententias, ut cum Tacito loquar, aut confirmare aut refellere in animo est, cum non ita in his rebus versatus sim, ut meum judicium, quasi inde peti possit, quo res decidatur, proponere audeam. Sed ne plura addantur, redeamus, unde declinavi, ut exponatur de argumentorum genere, quae Epicharmus non sine magna arte tractavit. Duplex autem genus eorum fuit, quod sine ullo errore statuere possimus; quorum latissime patebat id, quod ad res Mythicas accommodatum omnino esset; quod quale fuerit, quamquam postea magis intelligetur, tamen omnino tenendum est, narrationes istas, quas dixi, tragicorum aliorumve poetarum Mythicas ita fuisse ad risum detortas, ut commodum praebere spectaculum possent. Quid autem movere poetam potuerit, ut in hoc genere potissimum elaboraret, proclive dictu non erit, siquidem consideraveris, in eodem periclitatos esse priores poetas, neque rei publicae statum, qualis tunc temporis erat, aliud quoddam laturum fuisse. Per longum enim tempus, quo Megarensium comoedia steterit, testes sunt locupletissimi, summam imperii fuisse apud optimates, qui haud facile paterentur, ne ipsi haberent, quod metuerent, ut nimia esset poetarum licentia, qua singulos quosque, quos vellent, exagitare possent. Quid autem dicam de Gelonis et Hieronis ratione? qui quamquam reges fuere et humanitate imbuti et imperii splendore gloriaque praestantes, tamen ferre omnino non poterant, si quis poeta singulos carpendo imperii majestatem ac severitatem laedere vellet. Itaque cum satis angustis circumscripta comoedia limitibus

---

19. Mueller. in libr. saepius laudat. pag. 359.
20. Grysar. quaest. de Dor. Com. pag. 108. seqq.

esset, Epicharmus ad res se contulit tractandas, quae ex Mythologia petitae nihil continerent, quo offenderent, universos vero delectare possent. Jam eo progredimur, ut verbo dicamus, multos in hoc genere explicando errasse, siquidem aut simile aut idem fecerint, quod drama satyricum apud Athenienses fuisse perhibeatur.[21] Hoc enim quale fuerit, ex Cyclope Euripideo diligentius excusso facile perspicitur. Argumentum est ex aevo heroum petitum; seria sunt mixta cum ludo et joco, chori partes tributae sunt Satyris Polyphemo Cyclopi servientibus. Fuit igitur fabula satyrica, ut, qualis fuerit, explicetur, carmen dramaticum, quod argumenta hauriret ex historia aetatis mythicae vel heroicae, oratione uteretur partim gravi, partim jocosa, ut saepe difficillimum sit dijudicare singulos fragmentorum versus, utrum pertineant ad tragoediam, an ad drama satyricum. Parodia vero in eo maxime constitit, quod satyri protervi, feroces, deformes et procaces (*ὑβρισταί*) inducebantur, chorum agentes; quo facilius fieri potuit, ut fabulis multa ridicula immiscerentur, nec non seria ludicris conjungi possent. Quod quidem ut eo certius assequerentur, poetae maxime studebant, tragicam sublimitatem in dicendi genere non modo servare, verum etiam augere et superare, ut ridicula reddi posset.[22] At vero ne quis fabulam satyricam cum tragico genere confundere velit, a quo omnino differebat et choro prorsus singulari, et oratione modo seria, modo ludicra, quae in tragoedia semper esset gravis et sublimis. Denique multo magis inter se discrepant in eo, quod assequi poetae solent, cum tragici non nisi id spectent, ut eorum, qui audiant, animos sensusque afficiant atque graviter excitent, fabula vero satyrica id agat, ut si non castigare mores, tamen res ridiculas proponere possit. Neque vero difficile erit expeditu, quae sit ratio, qua distinguenda a comoedia sit, quoniam multum interesse dixeris et choro et varietate dictionis, et majore dignitate atque praestantia argumenti.[23] Quodsi etiam illud addimus, quod recte addi potest, qui sint constituendi in fabulis satyricis fines et quasi termini, non habemus, quod

---

21. Mueller. in libro suo. pag. 354. conf. Boettig. Ideen, pag. XX. 22. Conf. Naekium ad Choerilum, pag. 189. 23. Conf. I. G. Buhle. Disputat. de fabula satyrica. pag. 14. et Genelli, Theater zu Athen, S. 23.

melius commendare possimus, quam elegantissimi poetae nobiles versus, qui ita perscripti leguntur: [24].

> Carmine qni tragico vilem certavit ob hircum,
> mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper
> incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
> illecebris erat et grata novitate morandus
> spectator functusque sacris et potus et exlex.
> Verum ita risores, ita commendare dicaces
> conveniet Satyros, ita vertere seria ludo;
> ne quicunqne Deus, qnicunque adhibebitur Heros,
> regali conspectus in auro nnper et ostro,
> migret in obscuras humili sermone tabernas,
> aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.

Si vero erunt aliqui reperti, qui rem latius etiam persequi utile existiment, adeant, si placet, J. Casauboni praestantissimum librum, ubi multa, quae pertinent omnia ad eam, quam jam dudum tracto, comoediam, praeclare disputata invenient.[25]. Sed cum satis luculente scriptor declaret, quid velit, nos revocemus oportet ad argumenti rationem, quae qualis fuerit et quomodo cum ea, quae a mediae novaeque comoediae poetis tractata sit, quasi cognatione quadam contineatur, inde elucebit, si comparaveris, quomodo fabulae Epicharmeae sint inscriptae. Earum tituli, ut singulos enumerem, hi quidem sunt: *Ἀλκύων, Ἄμυκος, Βάκχαι, Βούσιρις, Δευκαλίων, Διόνυσοι, Ἥβης γάμος, Ἥφαιστος ἢ Κωμασταί, Κύκλωψ, Λόγος καὶ Λογεῖνα, Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος, Ὀδυσσεὺς ναυαγός, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφίγξ, Τρῶες, Φιλοκτήτης.* Quarum qualis affinitas fuerit cum iis, quae ad mediam comoediam pertineant, fabulis, non est necesse disputare; est enim in promtu, fuit tantum attingendus locus. Sed qui animadvertere volet diligentius, in alia etiam re propinquas sibi fuisse ac finitimas et Epicharmi et mediae comoediae fabulas, is attendere debebit, in utrisque poetarum versus ac sententias exagitatas esse. Nulla autem re probari facilius potest id, quod diximus, quam eis, quae in explicando Aeschyli verbo *τιμαλφούμενον* scholiasta observavit: [26].

---

24. Horat. epist. ad Pison. v. 220 seqq. 25. De poesi satyrica, pag. 90. 95. 97. 100.
26. Ad Eumen. v. 629.

τιμαλφούμενον· συνεχὲς τὸ ὄνομα παρ' Αἰσχύλῳ, δι' ὃ σκώπτει αὐτὸν ὁ Ἐπίχαρμος. Neque etiam abstinuit poeta, quemadmodum Athenaeus testatur,[27.] ingenii praestantiam ridere, qualem in principe tragoediae Atticae fuisse apud omnes constat.

Sed quoniam de altero genere, quod ad res mythicas pertinebat, dictum est, deinceps de eo, quod ad mores hominum exprimendos spectabat, disputandum est. Danda est opera omnino, ut in eodem ne decipiamur, quod nonnullis accidisse cognoscitur. Epicharmus enim eum morem tenuit, quo jam prius Megarenses uti solebant, ut singulos homines, si quid haberent, quo risum movere possent, ridendos proponeret. Neque vero idem eum instituisse putaveris, quod Aristophanes ceterique antiquae comoediae poetae sequerentur;[28.] quandoquidem omnino inter se discernendi sunt, propterea quod illi ipsi omnes eos, qui aut turpiter viverent, aut rei publicae male praeessent, in scenam committebant, hic vero in eo acquiescebat, ut vitia hominum leniter attingeret. Quod ne temere dictum videatur, considerandum est, quo tempore poeta vixerit. Et revera, quo minus tota hominum vita traduceretur, neve, qui civitatem regerent, ludibrio essent, obstabat omnino regia potestas et optimatum, qualis ante eversam rem publicam Megaris fuerat. Fuerunt igitur in hoc genere, quod tracto, praecipue parasiti, qui dicitur, ebriorumque personae, quae ita omnium animos delectatione affecerant, ut non modo per omne Atticae comoediae tempus agerentur, sed etiam ad eos migrarent, qui ad exemplum Graecorum se accommodassent; quare nunquam a scena discessisse putandae sunt. Transscribam autem titulos fabularum, ex quibus eruatur, si possit, quod aperiendo earum argumento serviat: Ἀγρωστῖνος, Ἁρπαγαί, Γᾶ καὶ Θάλασσα, Δίφιλος, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος, Ἑορτὰ καὶ Νᾶσοι, Ἐπινίκιος, Ἡράκλειτος, Θεᾶροι, Μεγαρίς, Μῆνες, Ὀρύα, Περίαλλος, Πέρσαι, Πίθων, Τριακάδες, Χορεύοντες, Χύτραι.

Sin vero pergamus, ut exponatur, quonam dicendi genere Epicharmus usus sit, statuendum omnino est, cum in fabulis componendis talem adhi-

---

27. Athen. XV. pag. 698. 28. D. Müller, die Dorier, Abtheil. II. S. 358.

buisse sermonem, qualem inter homines suos obtinere videret. Quoniam autem ingenii quodam acumine excelluisse Siciliae gentes dicuntur, quod idem in loquendi usu exprimitur: non decet mirari, quod Epicharmus, cum eadem animi facultate praeditus esset, etiam in dicendo seculi rationem servavit. Ex quo intelligitur, quam vere Athenaeus poetam παίζοντα dicere potuerit.[29] Totum autem dicendi genus quatenus ad Doricum sermonem referri debeat, qui διάλεκτος τραχεῖα merito dicitur, ejus rei expositio aliena a proposito est. Denique cum Epicharmi comoedia choro prorsus careret, habemus, cur oratio ejus neque tragica sublimitate ferretur, neque metrorum arte uteretur, quae in chori cantibus magna ac varia fuit.[30]

5.

Jam eo erit transeundum, ut paucis dicamus, quae ratio fuerit, qua et Doriensium et Atheniensium comoedia jungi videatur, ut melius cognoscatur, utrum altera in alteram vim habere potuerit, an minus. In hac autem re ita sentire Genellius non dubitavit:[1] woran uns aber gelegen ist, daß dieses besondere Sikelische Drama, wie hohes Alter ihm auch möge beigelegt werden, auf die Attische Tragödie und Comödie der ältern Zeit keinen Einfluß haben konnte. Nach allem, was wir von demselben erfahren, von dem ältesten Dichter, der in dieser Gattung genannt wird, von Epicharmus an, scheint es eher einige Verwandtschaft mit der neuern Komödie der Athener gehabt zu haben, aber deßhalb auch nicht die geringste mit der ältern. Sed quam falso in his judicarit, ex eis, quae infra sequentur, facile apparebit. Quod supra ostendimus, nonnullos Atheniensium inventae comoediae gloriam ita vindicare sibi voluisse, ut Susarionem aut τῆς ἐμμέτρου κωμῳδίας ἀρχηγὸν dicerent, aut etiam ipsam invenisse arbitrarentur, ejus rei memoria hoc loco repetenda est. Recte hoc quidem non fecerunt, quamquam praeter alios grammaticus τὴν κωμῳδίαν ηὑρῆσθαι φασιν ὑπὸ Σουσαρίωνος[2]. testatur. Quid enim inde conflatum dixeris, si probatum

29. Athen. VIII. pag. 338. conf. II. pag. 49.
30. Herm. Elem. doctr. metr. pag. 662. seqq.
1. Theater zu Athen, S. 4. 2. περὶ κωμῳδίας apud Dindorf. pag. VIII.

erit, istum poetam tribui Athenis non posse, sed talem fuisse, qui, cum in vico quodam Megarico natus esset, initia artis in civitatem Atticam transtulerit? Idque peritissimus rei scenicae scriptor ita exponit: [3] In his quem primo loco posui, Susario Megarensis, Philini filius, patriam habuit Tripodiscum, Megaricae ditionis vicum, unde ille in Atticam profectus apud Icarios, Dionysiacorum sacrorum cultu nobilitatos — Athen. II. p. 40. b. et Schol. Iliad. X. 29. — primus omnibus versibus comoedias docuissse creditur. V. Schol. Dionysii Thrac. p. 748. Bentl. Phalar. ed. Lips. p. 262. Quae si vera sunt, ut sunt sane meo judicio verissima, non dubitari posse videtur, quin prima atticae comoediae paullo artificiosius excultae initia a Megarensibus sint repetenda. Nonne igitur, si quid Athenienses antiquo tempore in arte valuerunt, Megareorum gloriae tribuendum videatur? Quicquid autem erit, quo Susario artem excoluisse habendus sit, tamen ignorari non potest, retinuisse eum plurima, quae obstarent, ne eadem jam tum laetius etiam effloresceret. Etenim in quo potuit excellere, non tanti aestimandum est, quanti plerique arbitrantur, cum nihil aliud praestiterit, nisi quod ad lusus se componeret, qui, cum ex tempore nati aut etiam nonnunquam praemeditati essent, neque servari, neque conscribi poterant. Quapropter recte nonnulli talem eum fecerunt, qui veterem Megarensium disciplinam ita sequeretur, ut etiam in ridendi, quoscunque vellet, more consisteret, quamquam major inde laus ei tribuenda est, quod relinquebat rationem eorum, qui nudo sermone ludicra effudissent. Ipse enim eo pervenit artis, ut id, quod proponeret, versu studeret adstringere. [4] Accedat eo opera ejus oportet, qua assequi sibi proposuit, ut fabulae ratione quadam, qualiscunque esset, si modo esset, jungi viderentur. Quae et qualis fuerit, quamquam demonstrari non potest, tamen, si tempus spectatur, facile efficitur, fuisse non ita artificiosam, ut istos μικροὺς μύθους, qui dicuntur, multum superaret. Pertinet igitur huc quoque, quod J. Casaubonus bene judicavit: [5] Nam

3. Meinek. Quaest. scen. specim. I. pag. 3. 4. Id. ibid. pag. 6. 5. De poesi satyrica, pag. 16.

dum ars adhuc ignorabatur, carptim multa perstringi solita: fabulam vero componere, neque moris erat, neque pro captu eorum seculorum: deinde condi coepere fabulae, sed minutae et imperfectae. Haec erant artis nascentis rudimenta quaedam. At probari tamen velim, quod Meinekius praeclare dixit, nihil non de genere suo colendo Susarionem meruisse, quod fabulas ad certos argumentorum fines redegerit; quamquam idcirco statui non debet, tantum eum profecisse, ut argumenta artificiosius excogitare atque ad certum actionis finem dirigere voluerit. Quomodo autem rem instituerit, ut histrionum munus divideret, in eo verum omnino attulisse videbimur, si secuti ducem non negligendum fuerimus, qui haec tradidit:[6] *(καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς κωμῳδίας (ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σουσαρίωνα) καὶ τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως, καὶ μόνος ἦν γέλως τὸ κατασκευαζόμενον. ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, συστήσας τὴν ἀταξίαν.* Quid autem de multiplici actorum numero, quo quidem nihil est priscae comoediae accommodatius, dicendum sit, ex eis, quae sequuntur, facile intelligas.

Id enim tantum abest hoc genere, ut nihil magis possit esse contrarium, si quis putet, omnes eos, quos repraesentari poeta vellet, fabulae argumento potuisse includi. Quot igitur erant, qui risui proponendi essent, totidem actores esse debebant, eos qui imitarentur. Quantumvis autem Susarionis ingenio tribuatur necesse sit, ut ex eis, quae disputata sunt, intelligitur, tamen ratio ejus rudis admodum et incompta dicenda est, siquidem non fuerint, qui eum sequi vellent. Quid igitur mirere, si ne nomen quidem poetae traditum inveneris, qui in eo genere versari voluerit? At vero Epicharmus tanta gloria florere coepit, quod praestans poesis genus expolierat atque perfecerat, ut etiam apud Atticos plurimum et auctoritate et exemplo valere posset. Qui quantus fuerit artifex, quid ingenii artisque adhibuerit, ut res non modo inveniret, sed etiam excoleret atque ad totam fabulam formaret, non est, quod pluribus dicatur, cum uberius supra expositum

6. Anonym. apud Dindorf. pag. XIII.

sit. Videor igitur hoc ego meo mihi jure sumere, ut dicam, antiquos Atticos admirari atque etiam Epicharmum sequi voluisse; idque eo magis intelligitur, quod paulo post ejus tempora inter Athenienses exstiterunt, qui justas fabulas docerent. Sin erunt, qui arctius utrumque populum in hoc genere junctum habeant, major quaedam cura adhibenda est. Neque enim ulla in re longius absumus a veritate, quam si aequo plus Epicharmo tribuamus; quare assentiri nolim ei, qui istum poetam tanquam fabrum catenae fecit ac primarium annulum, quae Doricam comoediam cum Attica connecteret.[7] Quod si statuamus, facile perducimur, ut etiam parem argumenti rationem putemus; quo quidem nihil magis utrique generi possit esse alienum. Illud enim vinculum, quod saepe dicimus, in eo cernitur, quod poetae Atticorum ad Epicharmi exemplum fabulas conformare studuerunt, quodque jungi videntur, id maxime efficit. Eo enim referendum potissimum est, quod ille poeta primum locum tenet, ubi veteres Attici enumerantur,[8] neque aliter intelligi Aristotelis verba possunt, quae ita leguntur:[9] τοῦ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε. Denique si idem philosophus alibi tradit:[10] ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής, πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος, nonne ex comparandis his poetis recte colligitur, cogitasse eum de quodam eorum nexu, quo alter ex altero pendere videatur? In quo ponderandum est, utrum recte judicare potuerint, an non potuerint, qui Chionidi justae comoediae rationem tribuerunt.[11] Quisquis autem erit, in quo imitandi vestigia prima animadvertere nobis videamur: id quidem non est dubitandum, quin Crates Epicharmi exemplum ita secutus sit, ut singulos homines ridere nollet, sed mores universos describeret:[12] τῶν δὲ Ἀθήνησι, Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους ἢ μύθους. Si quis est autem, cui non perspicua sint illa, quae pluribus verbis ab Aristotele commemorantur, debebit conferre ea, quae de Pherecrate, Cratetis imitatore, Grammaticus ita scripsit:[13] Φερεκράτης Ἀθηναῖος νικᾷ ἐπὶ θεάτρου γινόμενος· ὁ δὲ ὑποκριτὴς ἐζήλωσε

---

7. Herm. Harles in libr. laudat. pag. 34. 8. Grammatici apud Dindorf. pag. IX. 9. Aristot. Ars poet. V, 5. 10. Id. III, 5. 11. Wolf. Prolegom. pag. LXII. 12. Aristot. Ars poet. V, 5. 13. Apud Dindorf. pag. X.

Κράτητα. καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει, γενόμενος εὑρετικὸς μύθων. Quo adjiciendum est, etiam in eis, quae ad personarum rationem pertinerent, Cratetem Epicharmi vestigia pressisse, quippe qui, auctore eodem Grammatico, ebrios in scenam induxerit. Verba autem, quibus sententia nostra firmatur, haec sunt:[14] *καὶ πρῶτος μεθύοντας ἐν κωμῳδίᾳ προήγαγεν,* sive potius *παρήγαγεν.* Non est autem consentaneum, qui proprium comoediae genus excolebant et propter singularem ejus rationem et civitatis statum, eos omnino ex Epicharmo pependisse; quod ne ita statuatur, monendum est, quantopere sua ipsius laude antiqua Atheniensium comoedia tum demum floruerit, cum digna habita esset, quae in urbem reciperetur. Quod quando factum sit, elici ex hisce Grammatici verbis potest:[15] *ὁρῶντες οὖν οἱ πολῖται τοῦτο χρήσιμον τῇ πόλει καὶ ἀδικίας ἀποτρεπτικὸν, ἐκέλευσαν τοὺς ἀδικουμένους ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς τοὺς ἀδικήσαντας κωμῳδεῖν. οἱ δὲ δεδιότες αὐτοὺς ὥςτε πλουσίους, πηλῷ χρίοντες καὶ τρυγίᾳ, ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς τοὺς ἀδικοῦντας ἐκωμῴδουν. ἐπεὶ δὲ μεγάλα ἡ πόλις ὠφελεῖτο ἐκ τούτου, ποιητὰς ἔταξαν ἐπὶ τούτῳ κωμῳδεῖν, ὃν ἂν βούλωνται ἀκωλύτως.* Veri enim simillimum est, id tempus indicari, quo Ephialtes, florente Pericle, cum Areopagi imperium fregisset, effrenem populo potentiam traderet.

---

14. Apud eundem, pag. IX. 15. Apud eundem pag. XI. XII.

IV.

Antiqua comoedia. (ἡ ἀρχαία κωμῳδία.)

1.

Sed quoniam nullius omnino hominis tale est ingenium, quod non moveatur ullo modo cogitandi sentiendique ratione, quae apud homines suos usitata fuerit: id quidem intelligendum puto, quanti momenti in artificem sit et aetatis, in quam vita ejus maxime inciderit, natura, et populi indoles, in quo vixisse videatur. Quibus autem nulla suppetit causa, cur despicere se dicant ea, quae plerique mirentur, iis hoc non modo non laudi, verum etiam vitio dandum est. Quorum judicium in eo, quod totius aetatis sensum contemnant et pro nihilo putent, non difficile factu est improbare. Versantibus enim in arte quadam nihilominus, quam philosophis, haud scio an magis etiam ratio, quam saepe dico, temporis adhibenda sit. Ut igitur omnis ars, quae hoc nomine digna videri vult, ab ipso artificis ingenio proficisci debet, ita etiam omne artificiorum genus, quod integritate quadam afficere possit, aetatis suae naturam prae se ferre recte putatur. Is autem homo, qui cum suis temporibus sensus communitate jungi non vult, neque apud eos, qui aetati ejus adjuncti sunt, neque apud posteros omnino aliquid valere debebit. Quam ob rem si antiquam Atheniensium comoediam penitus nosse volemus, opus erit, ut aetatis ratio, cum civitatis, tum litterarum artiumque, teneatur, in qua nasci atque excoli potuit.

Quicquid autem judicamus de re publica, quam Solo civibus suis tribuit: quamvis parum finibus circumscripta populi potestas videatur, tamen Aristoteles, qui omnino a plebis imperio alienus erat, non majorem populo traditam esse potentiam existimavit, quam necessaria esset.[1] Neque enim sine illa, ut cum eodem philosopho loquar,[2] populus civitati amicus reddi, neque ulla libertas esse potuisset, quae in eo cernitur, quod omnium civium alii regnant, alii regnari se patiuntur omnesque eorum, quae ad totum populum pertinere videantur, consiliorum judiciorumque participes fiunt. Non in-

1. Aristot. Polit. II. 10. 2. Ibid. III, 1. VI, 2.

utile hoc loco putandum erit, si praecipuas sapientissimi viri leges, exclusis eis, quae levioris momenti sunt, paucis explicuerimus. Populi potestas, quae satis magna videri potuit, eo maxime finiebatur, quod omnes ii, qui facultatibus carerent, ab honoribus civitatis segregabantur. Accedebat eo, ut magistratus non sorte ducta, sed totius populi suffragiis eligerentur, neque dignitates redituum praemio, sed honoris magnitudine expetendae essent. Illud quidem, quod primum posui, non possum, quin ab omni parte laudem tanquam optime constitutum, quandoquidem summus legum lator etiam infimos homines incitabat, ut sese sibi non defuisse vellent, ubi occasio oblata esset, qua propius ad rem publicam possent accedere.[3] Quamquam igitur aptis hominibus, qui haberent a natura adjumenta rerum gerendarum, siquidem ingenio facultatibusque ornati essent, atque etiam otii felicitate fruerentur, adipiscendi magistratus et gerenda respublica erat:[4] tamen ne pauperibus quidem ulla caussa fuit, cur inviderent illis potentiam, quum ipsi principes civitatis creare atque etiam, si quos injuste agere audissent, in judicium vocare possent ac poena afficere. Neque minus reipublicae salus inde exstitit, quod secunda lege lata, quam prudentissimi homines Aristoteles et Cicero omnium saluberrimam recte dixerunt,[5] primi civitatis viri magnam in magistratuum electionem vim habebant. Quid autem de eo dicendum erit, si praestantissimus homo neque eis, qui munere legitime functi essent, ullum praemium, nisi honoris laudem proposuit, neque eos, qui negligentiae aut avaritiae accusari possent, poena vacare jussit? Nonne civitatis administrationem, qualem instituerat, omnium optimam fuisse mecum putaveris? Ita enim nullo modo fieri potuit, ut ii, qui inferioris ordinis essent, concupiscerent ea, quae aut non consequi possent, aut non obtinere. Sed tamen contentus Solo his non fuit; praeterea enim Areopago tribuit, ut civium eos, qui minus diligentes atque industrii fuissent, aut etiam turpis vitae labem ferrent, rationem facti reddendam apud se juberet.[6] Quod autem gravissimum fuit, omnia illa, quibus Areopagus a veteri inde memoria utebatur, jura rata fecit;[7] quapropter tanquam necessarium sanxit, ut

3. Ibid. III, 6. VII, 14. 4. Aristot. Polit. VI, 4. 5. Ibid. IV, 9. conf. Cicero de legg. III, 15. 16. 6. Plutarch. Solon. I. p. 361. edit. Reisk. 7. Aristot. Polit. II. 10. A. W. Hefter, Athen. Gerichtsverfassung, S. 35.

idem non modo morum curam gereret, sed etiam jus vitae necisque retineret, ac leges omnes, in quibus salus civitatis niteretur, servari vellet,[8] denique summam fidem haberet rerum omnium. Quocirca non sine causa summa illius dignitatis auctoritas habita est; ad eam judicandam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa a principio magna fuerit,[9] sed etiam quousque postea potentiae pervenire potuerit. Quid deinde Solo, ut leges Atheniensium ac majorum instituta servarentur, in senatu creando egerit, qui omni ἀρχόντων potestate ornatus esset, atque etiam aliis pluribus, quae ad rem publicam pertinerent: his explicandis locus esse hic non potest. Quibus expositis revera efficitur, optimo imbutos animo cives fuisse, quo summum bonum in libertate legitima ponerent, eumque, qui excellentissimus haberetur, omnium ducem esse vellent. Itaque omnes et virtutis studio et patriae amore se adipsci id posse arbitrabantur, quod libero cive dignum esset.[10] Neque admirabile esse potest, quod plurimi se ad rem publicam et ad res magnas gerendas accinxerunt, atque etiam pro salute patriae vitam ponere voluerunt. Quae quidem virtutes ut gigni possent, leges providebant, quibus omnium studium incitaretur atque cautum esset, si qui, orta publica seditione, neutram partem sequi vellent, aut etiam corrumpi se paterentur, ut omnes ii infamia notandi essent.[11] Omne autem id, quod dicimus, civile officium positum est in juris jurandi formula, quam adolescentes, cum togam virilem sumerent, dicere solebant,[12] cujusque militum duces admonebant eos, quos flagrare pugnandi cupiditate vellent.[13] At vero illa quidem, quae magnitudinem animi apud auctorem declarent, atque ea instituta sint, quibus regi civitas optime potuerit, siquidem cives cum gravitate constantiaque victuri erant, omnia ea, inquam, interjectis temporibus, imminuta aut etiam labefactata sunt. Cui quidem rei ne fidem denegemus: Clisthenes, ut res sua adeo esset valida, qua cuilibet adversariorum bello par esset, profugisse ad plebem perhibetur ejus-

8. Plutarch. I. pag. 352. 9. Plato de legg. VI, 12. F. W. Tittmann, Darstellung der griechischen Staatsverfassungen, S. 22. 10. Plutarch. Aristid. c. 27. 11. Id. Solo. c. 6. 12. Conf. Köpke, über die Gesetzgebung und Gerichtsverfassung der Griechen. S. 424. 13. Plutarch. Alcibiad. c. 15.

que potentiam, progenie Pisistrati urbe ejecta, magnopere auxisse, ut sua ipsius crescere posset.[14] Est autem inter instituta ejus, quibus aequalitas potentiae, qualem Solo sapientissime fecerat, non amplius conservari posset, id maxime memorandum, quod numerum tribuum, in quibus populus Atheniensium continebatur, ita augebat, ut ex quatuor decem fierent, in eumque non modo peregrinos libertinosque, verum etiam servos tanquam legitimos cives adscribi jubebat.[15] Neque ita multo post, exorto nobilissimo inter Graecos Persasque bello, cum singuli quique, quid valerent, sentire coepissent, Aristides, aequum se praebens aut etiam temporum necessitati cedens, legem tulit, ut omnia jura Atheniensium et divitum et pauperum communia essent, neque deesset occasio, qua omnes cives magistratus adipiscerentur; denique ut ἄρχοντες ex quovis civium ordine eligi possent.[16] Sed majore etiam calamitate res publica afflicta est eodem anno, quo exercitus in Aegypto cladem pugnae acceperunt. Ephialtes enim, auctore Pericle, omne Areopagitis jus, quod Solo tribuerat, adimere non dubitavit, nihilque reliquit, nisi quod res capitales judicare possent. Quae cum ita essent, facile fieri potuit, ut plebs, sui juris facta, omnem civitatem in manus eorum traderet, qui causam ipsius agerent; qui quidem ab hoc inde tempore tales exsistebant, penes quos summa potestas esset.[17] Quorum in numero ipse Pericles habendus est, qui populi favore animique dotibus ita praestabat, ut rem publicam veluti suam ipsius administrare liceret.[18] Quamdiu magnus vir et excelsus rei publicae praeerat, tamdiu potentiae ea gloriam obtinebat, pollebat divitiis, artibus optimisque studiis, denique omnium, quae ad vitae excultae consuetudinem pertineant, rerum copia abundabat. Licet autem illa ipsa civitas, qua nulla splendidior haberi potuit, omni prosperitatis genere excelleret: tamen, ut flores, qui si amoenissime explicantur, mature marcescunt, paulatim decrescere coepit atque in pejus verti. Omisso enim, quod plebem totius populi ac legum ipsarum dominum fecerat,[19] commisit alia multa, quibus et civitatis salutem

---

14. Herod. V, 66. Conf. Aristot. Polit. VI, 14. 15. Herod. V, 66. 70. Aritot. Polit. III, 1. VI, 4. 16. Plutarch. Aristid. c. 22. 17. Id. Ibid. c. 3. 18. Thucyd. II, 65. 19. Xenoph. de re publ. Athen. c. 1.

everti et legum auctoritatem solvi par esset. Is enim primus fuit, qui civium sociorumque controversias ad tales deferri judices jubebat, qui ex omni populo ac praecipue ex plebe constituti essent; qua in re ut assequeretur, quod vellet, proposuit praemium eis, qui jus dicturi essent, ex aerario. Tametsi autem nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius est, quam facilitas et altitudo animi, quae dicitur, sine qua juris aequabilitas in liberis populis administrari non potest: tamen propter istas virtutes, quas omnino coluit, Pericles toti officio satis fecisse dici non debet. Neque enim utilitatem civium sic tuebatur, ut, quaecunque ageret, ad eam referret, oblitus commodorum suorum, neque totum corpus rei publicae curabat, parte aliqua deserta. Sed a proposito abhorret, haec omnia uberius exponere; sufficiat dixisse, plerosque illius aetatis, praesentia utilitatis praepeditos, libenter tulisse, quae Pericles nova et inusitata in civitatem induxisset, quoniam et vectigalia civitatis et pretia omnium rerum augererentur. [20] Omnium autem maxime alliciebat stipendium judicum (μισθὸς δικαστικός), quod non semper idem erat, sed mutari solebat. Quod quando institutum sit et quae mutandi ratio fuerit, id acute Boeckhius ostendit, [21] ut dubitandi nulla sit caûsa, quin Cleo famosissimus ille quidem, qui imperii potentia aliquamdiu floruit, circa Olymp. LXXXVIII. unius oboli, qui dicitur, mercedem ad triplicem summam exaggeraverit. Quantumcunque autem in judicandi stipendia Athenienses quotannis impendebant: modus quidem ratiocinandi, quem Aristophanes secutus est, [22] non facile poterit probari, ut recte praecipere videantur, qui dicunt, non singulo quoque die tot civium juri dicundo operam dedisse, ut multi magnique sumtus, qui in hanc rem faciendi essent, centum et quinquaginta talenta effecissent. [23] Illud autem sic est judicandum, magnas inferri calamitates civitati ab iis, qui judicii cupidi sint, quod eorum ratio latissime pateat, ut ingeniose Boeckhius his verbis exposuit: [24] Hierdurch wuchs die Anzahl der Rechtshändel so, daß in Athen mehr zu richten war, als in ganz Hellas, und der Rechtsgang, zumal da so viele Tage wegen der Feste ausfielen, äußerst langsam

20. Id. ibid. c. 3. Confer. Aristoph. Aves. v. 1430. 1465. 21. Staatshaushaltung der Athener, Th. I. S. 250. ff. 22. Vesp. v. 660. seqq. 23. Böckh, Staatshaushaltung der Athener, Th. I. S. 253. 24. Ibid. pars I. pag. 245.

wurde, wenn nicht Bestechung ihn beschleunigte, für welche in Athen eben so, wie in Rom, sehr gute Einrichtungen ziemlich öffentlich getroffen waren. Täglich saß beinahe der dritte Theil der Bürger zu Gerichte: hieraus mußte nothwendig jene Richterwuth entstehen, welche Aristophanes in den Wespen beschreibt, und die Bürger mußten nicht allein lohngierig und nützlicher Beschäftigung abgeneigt, sondern auch streitsüchtig und sophistisch werden, eine ganze Stadt voll Rabulisten und Rechtsverdrehern, ohne gründliche Kunde des Rechts, aber desto kühner und leichtsinniger, die nach des Komikers Ausdruck, wie zu Richtern vermummte Schafe, mit Stab und Mantel für drei Obolen dasitzend die Geschäfte zu lenken glaubten, während sie selbst von Partheihäuptern gegängelt wurden. Sequitur, ut de altera parte mercedis dicendum sit, in qua gravius etiam civitatis onus cernebatur. Hac autem continetur id, quod *μισθὸς ἐκκλησιαστικὸς* graece dicitur, quodque, si qui concionibus interfuissent, omnibus eis persolvi solebat. Sed nonnulli hujus rei institutionem talem esse voluerunt, ut non a Pericle, sed ab eis, qui post illum civitatem vexarent, profecta sit, idque optime Boeckhius animadvertit, quippe qui doceat:[25] Die Vermehrung des Ekklesiastensoldes auf drei Obolen geschah offenbar kurz vor Aristophanes Ekklesiazusen, vielleicht Olymp. 96, 3, als Agyrrhios das Theorikon wieder eingeführt hatte: und eben diesem schreibt der Scholiast des Aristophanes die erste Einführung des Ekklesiastensoldes zu: woraus erhellt, was auch Peritus merkte, daß dieser der Vermehrer war. Quid autem ea merces in populum valuerit, Aristophanes, ut solet, his versibus ita declarat, ut a veritate non queat separari:[26]

ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομεν τούσδε τοὺς ἐξ ἄστεος
ἥκοντας, ὅσοι πρὸ τοῦ
μὲν, ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν
ἐλθόντ' ὀβολὸν μόνον
κάθηντο λαλοῦντες
ἐν τοῖς στεφανώμασιν·
νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν.
ἀλλ' οὐχὶ, Μυρωνίδης
ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας,
οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
τὰ τῆς πόλεως διοι-
κεῖν ἀργύριον λαβών.

25. Ibid. pars I. pag. 247. 26. Ἐκκλ., v. 300 seqq.

Denique culpa liberari Pericles non potuit, neque causa probabilis redditur, quod rem molestissimam τὰ θεωρικὰ in civitatem invehere non dubitavit. Omnino qui admirabilis viri mores explicaturi sunt, hoc teneant, necessitate ductum talia eum instituisse, qualia modo demonstravimus. Neque enim habebat, quibus liberalitatis officium explere atque hominum animos capere posset; deerat magnitudo divitiarum multarumque rerum copia, qua plurimi, qui potentiam adipisci volunt, juvari solent. Quod plerique illius aetatis intelligebant, Athenienses avaros ac prodigos esse, pigritiae deditos, omnes voluptate capi ad eamque propensiores esse, videndique et audiendi delectatione justo plus duci: id ipsum quidem Periclem pro ingenii praestantia fugere non potuit, sed non aliam viam patere vidit, nisi plebem sublevasset, qua et suam ipsius et civitatis dignitatem et decus sustinere apud Graecos posset. Quae si respiciuntur, non nimium increpandi illius viri mores sunt; hoc certe apud omnes constat, postea demum cives assuefactos esse cogitare, quasi officium civitatis esset, ut eos aleret. Quod autem fit interdum, ut homines, si otio fruantur, suum quoddam institutum sequantur ac potissimum in aliquo genere laudis studeant excellere, quamvis saluti omnium pestiferum sit: id maxime Athenarum civibus accidit, qui in eo plerumque elaborarent, ut magnis propositis rem publicam possent capessere. Quorum quidem studio quis non videat augeri plebis imperium potuisse? Plerique autem, qui ad civitatis administrationem se applicarent, multitudinis judicio ferebantur, quaeque majori parti pulcherrima videbantur, ea maxime exoptabant. Itaque nonnulli principes id potissimum sequebantur, quomodo plebis multitudinem publicis bonis locupletare possent, neglecta singuli cujusque civis diligentia; idque eo saepius fieri solebat, quo magis rem publicam suam existimabant, cujus reditus in omnes dividendi essent.

Praeterea etiam, ut constare in vitae perpetuitate possent sibimet ipsis, totam civium vitam Pericles ita constituebat, ut splendidissima esse videretur; qua quidem re non minus publicae saluti officiebat. Eo enim, quod festos dies ac pompas, quibus cives delectari possent, tali cum apparatu celebrabat, quali numquam antea factum erat, omnem libidinem voluptatis-

que studium vehementer excitabat, ut taceam, quantas pecunias in easdem res profunderet.

Quicquid autem erit, quod in deorum cultum atque in praeclara ingenii artisque monumenta conjectum est: effusio quidem potius, quam liberalitas aestimanda est; sed habuit tamen, quo ad honestatis laudem pertinere posset. Quantum enim praestantis ingenii vis aut efficere, aut quo progredi posset, quale sit illud magnarum artium genus, cui nihil addi possit, quod summum et perfectissimum judicium sit, id omnium oculi auresque percipere potuerunt. Illud quidem excellentium virorum studium omnino honestum erat, quia ad totum populum pertinebat, nec vero ad singulos, qui ejus participes essent; deinde quia coniungebatur cum eo, qui cuique carissimus esse debet, pietatis sensu; denique multum conferebat, ut judicium eorum aleretur, qui, quod se assequi posse confiderent, id vellent experiri. Eis igitur, quorum magna in quoque genere laus esset, sive artifices scenici haberentur sive musicis eruditi, eximia praemia proponi voluerunt.[27] Neque etiam poetae laude praemioque caruere, quod non ita exiguum fuisse par est, quoniam Agyrrhius, injuriis comicorum provocatus, populum movere studebat, ut aliquid detraheret. Illud ipsum est tempus, quo multi opifices magni et clari fuerunt, qui in arte sublime quoddam pulcro immixtum exprimerent, ut quasi divinum videri posset.[28] Quod deinde artis genus exstitit, quo nihil esse possit praestantius, quantopere excelluerit mirabili quadam venustate, qua omnes sensus perfunderet, id poterit, qui volet, ex eis cognoscere, quae prudentissimi homines exposuerunt.[29] Jam video, nonnullos mirari, quid haec pertineant ad ea, quae quaerimus; sed res ipsa cognita docebit eos, opus illa explanatione fuisse ad intelligendam seculi naturam.

2.

Quae et qualis publica Atheniensium vita fuerit, quo tempore Pericles ceterique homines populares civitatem regerent, satis explicatum arbitror;

---

27. Böckh, Staatshaushaltung der Athener, Th. I. S. 132. 28. Winkelmann, Geschichte der Kunst, III., S. 236. ff. 556. ff. 29. Idem III., p. 240. 268. seqq.

sequitur, ut attingam, qua ratione illa quidem in antiquam comoediam, qualis modo effloruit, formandam valere potuerit. Positum sit imprimis, sine scientia illius aetatis non posse intelligi, quam dicimus, comoediam. Sed eo magis necessarium fuit, ut civitatem illam, in qua populi potestas summa erat, cognoverimus, quo rectius antiqua comoedia tanquam poesis popularis dici potest, quae turbas multitudinis ad suum arbitrium dominantis ferre, quam ludendi jocandique libidinem coercere maluerit. Ipsa quoque festorum dierum insolens alacritas, quam nonnulli ejusmodi fuisse existimant, ut antiquae comoediae audaciam effecerit, ex tali, qualem descripsimus, civitatis administratione repetenda est. Ex quo intelligitur, antiquam comoediam, qualis nobis esse videatur, recte ita explicari, ut ludus sit civilis, qui cum re publica arcte conjunctus esset in eaque niteretur, tanquam in fundamento. Sed reliquae quoque artes, quod cumulatius dicerem, si hoc praecipiendi tempus esset, hac conjunctione continebantur, quae, nisi rebus discordia dissipatis, solvi non poterat; indeque conflatur et efficitur id, cujus testes sunt locupletissimi, ingenia, quae magnarum artium disciplinis exculta essent, se legibus praebuisse obedientia. Quae quidem res tantam vim habuit, quanta paucissimis fuisse videbitur; ipsae enim Athenae, quod artibus eruditos minime fallit, esse desierant, cum comoedia pristinam gloriam perderet. Sed apud alios populos non item, quoniam esse potuerunt, cum comoedia aut numquam, aut non amplius uterentur; atque in hac re omnino differre inter se veteres populos facile intelligitur. Sed, ut vinculum illud, quod jam dudum nostra indicat oratio, magis etiam teneatur, dicendum est, quam libere tum demum comoedia dicere coeperit, cum, mortuo Pericle, civitas ad arbitrium constituta esset, neque invenirentur, qui, neglecto suo commodo, rei publicae non defuisse vellent.

Quid autem de illo tempore, quo Cleo rerum potitus esset, statuendum sit, facile apparebit. Etenim ille ipse quamdiu regnabat, tamdiu summum plebis imperium esse voluit, in quo et esset et servaretur sua ipsius potestas. Quid igitur esse potuit, quod comicos impediret, ea, quae sibi utilia viderentur, sequi, quae contra, fugere? Omnibus autem sublatis, quae

a temeritate dissidebant plurimum, fieri potuit, ut comicum genus ad perfectionem perveniret. Neque in his rebus omitti debet, quod gravius est, hominum agrestium multitudinem, quae in urbem se recepisset, dum belli calamitas ingravesceret, plurimum valuisse in populum, ut non solum in rebus publicis, sed etiam in ludis constituendis, quod volebat, consequeretur. Sed jam ad instituta pergamus, ut definiatur, quid sit illud, in quo antiqua comoedia cernatur. In tractando hoc loco, quem nemo non agnoverit esse difficillimum, sic versabor, ut, quid doctissimi homines judicaverint, ipsorum verbis referam, denique meam quoque sententiam qualemcunque subjiciam.

Veteres Grammatici primum haec habent: [1] *Καλὸν ἐπισημήνασθαι τὰς αἰτίας δι᾽ ἃς ἡ μὲν ἀρχαία κωμῳδία ἴδιόν τινα τύπον ἔχει, ἡ δὲ μέση διάφορός ἐστι πρὸς ταύτην. ἐπὶ τῶν Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος χρόνων τὰ τῆς δημοκρατίας ἐκράτει παρ᾽ Ἀθηναίοις καὶ τὴν ἐξουσίαν σύμπασαν ὁ δῆμος εἶχεν, αὐτὸς αὐτοκράτωρ καὶ κύριος τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ὑπάρχων. τῆς ἰσηγορίας οὖν πάσης ὑπαρχούσης ἄδειαν οἱ τὰς κωμῳδίας συγγράφοντες εἶχον τοῦ σκώπτειν καὶ στρατηγοὺς καὶ δικαστὰς τοὺς κακῶς δικάζοντας καὶ τῶν πολιτῶν τινὰς ἢ φιλαργύρους ἢ συζῶντας ἀσελγείᾳ. ὁ γὰρ δῆμος, ὡς εἶπον, ἐξῄρει τὸν φόβον τῶν κωμῳδούντων, φιλοτίμως τῶν τοὺς τοιούτους βλασφημούντων ἀκούων. ἴσμεν γὰρ ὡς ἀντίκειται φύσει τοῖς πλουσίοις ἐξ ἀρχῆς ὁ δῆμος καὶ ταῖς δυσπραγίαις αὐτῶν ἥδεται. ἐπὶ τοίνυν τῆς Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος κωμῳδίας ἀφόρητοί τινες κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἦσαν οἱ ποιηταί.* Deinde ita loquuntur: [2] *σκοποῦ γὰρ ὄντος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τοῦ σκώπτειν δήμους καὶ δικαστὰς καὶ στρατηγούς*; tum ita: [3] *ὑποθέσεις μὲν γὰρ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ἦσαν αὗται· τὸ στρατηγοῖς ἐπιτιμᾶν καὶ δικασταῖς οὐκ ὀρθῶς δικάζουσι καὶ χρήματα συλλέγουσιν ἐξ ἀδικίας τισὶ καὶ μοχθηρὸν ἐπανῃρημένοις βίον*; tum aliter: [4] *οἱ μὲν οὖν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ οὐχ ὑποθέσεως ἀληθοῦς, ἀλλὰ παιδείας εὐτραπέλου γινόμενοι ζηλωταὶ τοὺς ἀγῶνας ἐποίουν*; denique hoc modo exponunt: [5] *οὕτω δὲ τοῦ τῆς πολιτείας συμφέροντος ἐποιεῖτο ὁ Ἀριστοφάνης λόγον, ὡς μηδένα τῶν ἐπὶ τῆς λαμπρᾶς τύχης οὐδέποτε ἀποσχέσθαι τοῦ σκώπτειν, εἰ ἀδικοῦντος ᾔσθετο, ὅθεν τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ δεδιότες οἱ τοιοῦτοι μετρίους σφᾶς αὐτοὺς παρεῖχον ἀεὶ καὶ τῷ δήμῳ λυσιτελοῦντας.* Neque minus recte, quae antiqui generis ratio fuerit, Horatius his versibus expressit: [6]

---

1. Apud Dindorf. pag. V. *ἐκ τῶν Πλατωνίου περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν.* 2. Id. pag. VI. 3. Id. pag. VII. 4. Id. pag. IX. 5. *Θωμα τοῦ μαγιστρου*, pag. XIX. 6. Serm. I, 4. v. 1. seqq.

> Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae
> atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,
> siquis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
> quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui
> famosus, multa cum libertate notabant.

Laudare etiam antiquam comoediam et quanta vis fuerit ejus, expromere ita Quintilianus, ingeniosus dicendi magister, non dubitavit:[7] Antiqua comoedia cum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis; etsi est insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet. Nam et grandis et elegans et venusta: et nescio an ulla, post Homerum tamen, quem ut Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures ejus auctores: Aristophanes tamen et Eupolis Cratinusque praecipui. Restat, ut ex veteribus Euanthii testimonium adjiciatur:[8] *κωμῳδία ἐτεώνιος καὶ ἀρχαία* dicta est; *ἀρχαία* idcirco, quia est de nobis parum cognitis vitiis: *ἐτεώνιος* autem, quia inest in ea velut historica fides verae narrationis, et denominatio omnium, de quibus libere describebatur. Etenim per priscos poetas non, ut nunc, penitus ficta argumenta: sed res gestae a civibus palam cum eorum saepe, qui gesserunt, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit civitatis: cum unusquisque caveret, culpa ne spectaculo ceteris esset et domestico probro. Sed etiam inter recentes scriptores nonnulli fuerunt, qui exponere vellent, quid in illo genere, quod dicimus, inesse videretur. Eorum autem hi potissimum memorandi sunt: Heerenius antiquam comoediam uno loco[9] die Parodie der Gegenwart esse significat; altero haec disputat:[10] Der Dichter der alten Komödie war ein Censor der Sitten, ein weiser Rathgeber des Staats, von dem kein Vergehen unbestraft blieb. Addantur ea, quibus alius scriptor rem

---

7. Institut. orat. X, 1, 65. 8. De trag. et com., pag. 2. 9. Heeren, Ideen, I, 1. S. 196. 10. Ibid. III, 1, pag. 490.

ita attigit:[11] So gelangten Laster, die gern unter dem Mantel der Verschwiegenheit sich verborgen hätten, zur öffentlichen Kunde, und Staatsheuchler, Sophisten, Volksbetrüger und ein eitles, nichtswürdiges Volk wurden in ihrer wahren Gestalt entlarvt. Sed omnium commemoratione maxime dignus est vir elegantissimae doctrinae, A. W. a Schlegelius, qui in libro praeclaro illo quidem haec praecipit:[12] Auch hüte man sich wohl, die alte Komödie nicht etwa als den rohen Anfang der nachher mehr ausgebildeten komischen Darstellung zu betrachten, wozu sich Viele durch die zügellose Ausgelassenheit Jener haben verleiten lassen. Vielmehr ist dies die ächt-poetische Gattung, und die neuere Komödie, wie ich in der Folge zeigen werde, eine Herabstimmung zur Prosa und Wirklichkeit. Altero ejusdem libri loco illa quidem scripta leguntur:[13] Die alte Komödie läßt sich am besten als den durchgängigen Gegensatz der Tragödie begreifen. Allein, da der Kontrast zwischen dem Stoffe und der Form hier am rechten Orte ist, und gegen die durchaus scherzhafte Darstellung nichts stärker abstechen konnte, als was die wichtigste, ernsthafteste Angelegenheit des Menschen, und durchaus Geschäft ist: so wurde natürlich das öffentliche Leben, der Staat, der eigentlichste Gegenstand der alten Komödie. Sie ist durchgehends politisch; das Privat- und Familienleben, über welches sich die neuere nicht erhebt, führt sie nur beiläufig und mittelbar in Bezug auf das öffentliche ein. Quem jam supra laudavimus cujusque ingenium et studia amamus, Muellerus, Dorica Atticaque comoedia comparatis inter se, orationem ita continuat:[14] Die Attiker waren, nach Aristophanes zu urtheilen, fast einseitig praktisch; und eine gewisse im Leben entstandene Ueberzeugung, was dem Volke fromme, bildete den Ausgangspunkt ihrer Komik. Sed ut modum faciamus transscribendi locos, qui huc pertineant, ultimus Genellius adjiciatur, qui quid sibi de antiqua comoedia videatur, copiosius etiam, quam reliqui, in hunc modum disputavit:[15] Nachdem sie in die Stadt eingedrungen war, mag diese Komödie die Neigung gewonnen, oder vorzüglich gehegt haben, an jenen Festen zügelloser Freude dem großen Haufen, der in seiner Lust gern auch etwas boshaft ist, gleichsam eine Schadloshaltung zu leisten für das,

11. Drumann, Geschichte des Verfalls der griechischen Staaten, S. 611. 612.
12. Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur, Th. I. S. 269.
13. Ibid. pag. 279. 14. Die Dorier, Th. II. S. 359.
15. Theater zu Athen, S. 24. 25.

was er das Jahr durch von den Mächtigern hatte erdulden müssen, selbst wohl für das, was er von Rechtswegen geduldet und auch dafür anerkannt hatte. Dadurch aber mußte in ihren Schmähungen die entschiedene Persönlichkeit zu einer Hauptwesenheit werden, vorzüglich in der Richtung auf Personen von Gewicht und auf das Betragen in öffentlichen Angelegenheiten. Diese Forderung kam ihr also von unten her; die Höheren hätten sie wol lieber unterdrückt. Dies hindert jedoch nicht, daß gerade diese Eigenheit ein Beweggrund zur Autorisation der Komödie werden konnte. Denn außer daß dadurch der Unmuth des Volkes zu Zeiten beschwichtiget werden mochte, konnte es auch dienen zur Zügelung der Machthaber, die so oft der gesetzlichen Obrigkeit entgegen standen. Ihre erste Grundwesenheit aber blieb doch immer jene Sinnlichkeit in der Lust, obwohl sie in ihren Fortschritten die phallische Obscönität immer mehr gemäßigt haben mag. Ueberall war und bleibt Sinnlichkeit das Object allgemeiner Belustigungen, auch für die höheren Stände; nur daß diese sie umhüllt und geschmückt wollen, die niederen lieber nackt und offenbar.

Um diese zwei Angeln drehte sich der ganze lustige Geist der alten Komödie; sie wurde aber bei jedem Dichter verschieden, nach dem, was er ins Besondere dabei beabsichtigte. Was hierin den Aristophanes vor seinen Mitbewerbern auszeichnete, ist wol in der beharrlichen Absicht auf die Staatsführung überhaupt zu suchen, darf man anders einiges Gewicht legen auf seine eigenen Aussagen über seinen Einfluß und über die Unbedeutenheit seiner Mitbewerber u. s. w.

Sed quoniam in omni re difficillimum est, exponere, quid sit illud, in quo maxime versetur: non alienum a proposito dicendum erit, si explicatius etiam disseruero, quae antiquae comoediae naturam explanare possint. Fuit igitur illud, quod aggressi sumus, poeseos genus tale, ut, si qui vitio obstricti et errore capti viderentur, aut privatis in rebus, aut in re publica, eis poetae nullo modo parcerent. Hoc igitur cognito, monendum est, quonam modo hominum mores deridere soliti sint. Rerum enim veritatem exprimere voluerunt eo, quod homines nominatim describebant, qui res publicas male gessissent, quique oculos hereditati nimium adjecissent, aut tales essent, qui malis artibus vitam sustentassent, denique omnes eos, quibus fides haberi non posset, qui male rebus suis consulentes in virtutem,

amorem moresque patriae peccasse viderentur. Sed non semper rem ita instituerunt; nonnunquam homines significasse aut ex occulto perstrinxisse sufficiebat, ut multi prius exagitatos se viderent, quam conjectare possent, quid sibi accideret. Sed illa quidem ratio apud istos poetas usitatissima fuit, neque difficile erit probatu, quam late patere videatur. Referamus nos igitur ad eos, quos summos esse volumus, poetas, quorum exemplo id, quod dicimus, firmari possit. Solet autem fieri apud eum, qui omnium laude fruitur, Aristophanem, ut is, qui maxime vitio iudicaretur inquinatus, *αὐτοπροσώπως* inducatur, aut saltem vehementer exagitetur, in Acharnensibus et Pace Lamachus, in Equitibus et Vespis Cleo, in Nubibus Socrates et Alcibiades, in Avibus idem Alcibiades cum Gorgia, in Thesmophoriazusis et Ranis Euripides. Neque minus Eupolis eadem dicendi libertate uti voluit, qui multis fabulis homines odiosos perstringere non dubitaret. In notissima fabula, quae *Αἶγες* dicitur, praeter alios Hipponicum ridet, in Baptis Alcibiadem, in *Δήμοις* Demostratum traducit, in fabula *Κολάκων* Calliam, Hipponici filium; denique in ea, quae *Μαρικᾶς* inscribitur, Hyberbulus, turbulentissimus homo, carpitur. Sed multo etiam audacius Cratinus munere functus esse videatur, qui etiam Periclem, quamvis potentiae gloria florentissimum, ludibrio haberet; vocat enim ipsum, ut exemplo utamur, *κεφαληγερέταν*, cujus rei testis est locupletissimus Plutarchus his verbis:[16].

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγένης Χρόνος ἀλλήλοισιν
μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον,
ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσιν·

Nec dubium est, quin in adhibendo hoc nomine meminerit Homerici usus, quo *Ζεὺς νεφεληγερέτα* tanquam nubes congerens plerumque dicitur. Referendi huc sunt alii quoque Cratini versus, qui apud Plutarchum ita conscripti leguntur:[17].

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε προσέρχεται
Περικλέης, τῴδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

Sed non contentus, principem rei publicae Atheniensium derisisse, adjecit Cratinus etiam uxorem ejus, Aspasiam, eamque Junonem ridicule appellat:[18].

---

16. In Pericl. c. 53. 17. Ibid. c. 13. 18. Ibid. c. 24.

— — — Ἥραν τε οἱ Ἀσπασίαν τίκτει
καὶ καταπυγοσύνην παλλακὴν κυνώπιδα.

Sed ut redeamus, unde digressa est oratio, rerum veritas ab antiquis comicis eo maxime exprimebatur, quod homines personati proponi solebant, id quod Crammaticus ita comprobat:[19] ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα, πρίν τι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν, ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ. Placet autem, ut res magis etiam intelligatur, paulo uberius exponere, quantopere vitae publicae Aristophanes rationem habuerit in illo genere excolendo. Ad quem pertinere videatur, quod Plinius de poeta quodam expromit, qui veterem comoediam tractaverat:[20] Non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Ornavit virtutes, insectus est vitia, fictis nominibus decenter, veris usus est apte. Is enim, ὃς πρῶτος δοκεῖ τὴν κωμῳδίαν ἔτι πλανωμένην τῇ ἀρχαίᾳ ἀγωγῇ ἐπὶ τὸ χρησιμώτερον καὶ σεμνότερον μεταγαγεῖν, πικρότερον καὶ αἰσχρότερον Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος βλασφημούντων, ἢ ἔδει,[21] omni modo operam dabat, ut eorum, qui, cum civitatis administratores videri vellent, rerum potiri cuperent, consilia, saluti omnium pestifera, exploraret atque summam eorum, quae expertus esset, cum populo communicaret. Optimo autem jure flagravit odio in Cleonem, quod quanti fuerit et qua ratione in medium prolatum sit, grammaticus probe in his intellexit:[22] διεχθρεύσας δὲ μάλιστα Κλέωνι τῷ δημαγωγῷ καὶ γράψας κατ' αὐτοῦ τοὺς Ἱππέας, ἐν οἷς διελέγχει αὐτοῦ τὰς κλοπὰς καὶ τὸ τυραννικὸν, οὐδενὸς δὲ τῶν σκευοποιῶν τολμήσαντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ σκευάσαι δὶ ὑπερβολὴν φόβου, ἅτε δὴ τυραννικοῦ ὄντος, μηδὲ μὴν ὑποκρίνεσθαί τινος τολμῶντος, δὶ ἑαυτοῦ Ἀριστοφάνης ὑπεκρίνατο, αὐτοῦ τὸ πρόσωπον μίλτῳ χρίσας, καὶ αἴτιος αὐτῷ γέγονε ζημίας πέντε ταλάντων, ἃ ὑπὸ τῶν Ἱππέων κατεδικάσθη, ὥς φησιν ἐν Ἀχαρνεῦσιν·

Ἐγῷδ' ἐφ' ᾧγε τὸ κέαρ εὐφράνθην ἰδὼν,
τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

Quam in rem quod Genellius observavit:[23] Eben diese Ueberladung bei aller noch so auffallender Aehnlichkeit machte es wieder minder störend, wenn Aristopha-

---

19. Apud Dindorf. pag. VII. 20. Epist. VI. 21. In vita Aristophanis a Grammatico conscripta; apud Dindorf. pag. XV. 22. Ibid. pag. XV. XVI. 23. Theater zu Athen, S. 252. Anmerk. 8.

nes es einmal wagte, in eigener Person den Kleon ohne Maske vorzustellen unter dem Vorwande, er habe wegen der großen Furcht, die dieser Mann einflößte, weder einen Schauspieler, der seine Rolle zu übernehmen, noch einen Fabrikanten finden können, der seine Maske zu liefern gewagt hätte. Dergleichen Aussagen hat man, denke ich, bei einem Komiker eben nicht nöthig, auf seine ehrliche Miene hin zu glauben. Möchte es auch seyn, daß er keine Schauspieler auftreiben konnte; aber irgend ein Winkel-Arbeiter konnte doch nie fehlen, der es um Geld unternommen hätte, in geheim eine Maske zu verfertigen; auch hatte der furchtbare Kleon so viel für sich selbst zu fürchten, daß er seine Gewalt kaum gegen einen so unbedeutenden Menschen verschwendet hätte. Wenn dagegen unter solchen Vorwänden der Komiker selbst, und unverhüllt, auftrat, so versicherte er sich eben durch diese Keckheit um so mehr eines guten Erfolgs, wobei freilich er nur seiner Nachahmungsgabe und seiner vermögenden Lunge gewiß seyn mußte; quod igitur ita observavit, non tale haberi debet, quasi veritatem illius narrationis infringere possit, quippe quae totius antiquitatis fide comprobetur. Sed ne universo quidem populo pepercit poeta, quod magnis animis ingeniisque plerumque contingit, ut salutis patriae optimus defensor existeret; qua de re postea plura videbimus. Sed tamen non inutile videri debebit, si paucis attigerimus, quaenam aequalium vitia in fabulis descripserit, et quos ad quae fugienda exhortatus sit. Res autem in hunc modum adumbranda erit: „in Acharnensibus exagitatur perversa Atheniensium belli Peloponnesiaci gerendi cupiditas; in Equitibus vi comica vere horrenda Cleonis eorumque, qui rem publicam vexarent, temeritas describitur atque omnia incommoda, quae inde in civitatem redundarent. In Nubibus perniciosae Socratis sophistarumque artes notantur. In Vespis altercandi et judicandi in judiciis studium Cleone auctore excitatum perstringitur; in Pace et Lysistrata belli continuandi studium et odium; in Avibus Atheniensium spes vanae, magna et supra modum difficilia tentandi cupiditas eorumque expeditio in Siciliam suscepta. In Thesmophoriazusis et Ranis verae poesis corruptionem Euripide potissimum auctore invectam insectatur Aristophanes; in Ecclesiazusis denique perversum concionandi et rem publicam administrandi morem. Apparet igitur, excepto Pluto, Aristophanis fabulas omnes superstructas esse rebus ex Atheniensium re publica vitaque communi delectis, in iis totas

versari earumque imaginem quamvis mire detortam proponere.[24] Quae quum ita sint, non indignus haberi debet poeta, cui summa laus atque etiam corona civica tribueretur, quod quidem Anonymus ita tradidit:[25] *μάλιστα δὲ ἐπῃνέθη καὶ ἠγαπήθη ὑπὸ τῶν πολιτῶν. ἐπειδὴ δὲ διὰ τῶν ἑαυτοῦ δραμάτων ἐσπούδασε δεῖξαι τὴν τῶν Ἀθηναίων πολιτείαν ὡς ἐλευθέρα τέ ἐστι καὶ ὑπ' οὐδενὸς τυράννου δουλαγωγουμένη, ἀλλ' οὐδὲ ὅτι δημοκρατία ἐστὶ, καὶ ἐλεύθερος ὢν ὁ δῆμος ἄρχει ἑαυτοῦ, τούτου χάριν ἐπῃνέθη καὶ ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ὃς νενόμισται ἰσότιμος χρυσῷ στεφάνῳ.* Ex quo potest judicari, utrum narratio ejusdem auctoris vera videri possit, an minus, quae ita comparata est:[26] *οὕτω δὲ γέγονεν ἡ φήμη τοῦ ποιητοῦ, ὡς καὶ παρὰ Πέρσαις διήκειν, καὶ τὸν βασιλέα Περσῶν πυνθάνεσθαι, παρ' ὁποτέροις εἴη ὁ κωμῳδοποιός.*

Sequitur, ut de altera ratione dicatur, quae comoediae maxime propria fuerit. Ea quidem cernebatur in deridendis tragicis; nec vero existimari debet, quasi invidia compulsi comici eos exagitare voluerint. Causa enim aliter explicanda atque ex vita publica repetenda erit. Poesis, quae ad populi commoda omnino se applicabat omniaque fugiebat, quae eo non pertinere videbantur, facile perduci potuit, ut ea, quae subtiliter disputata essent aut etiam mira haberentur, derideret. Quamvis autem in his occasio data esset, qua multus populi risus excitaretur, id quod plurimi comicorum secuti esse videantur: tamen is, quem summum esse volumus, longe aliam rationem inire non dubitavit. Sed quoniam jam supra de hac Aristophanis virtute disputatum est, rem attigisse sufficiat. Is enim cum probe intellexisset, qualis vera poesis esse deberet, quaeque saluti publicae accommodatissima esset, animo connitebatur, ut omnia ea, quae inde degenerarant atque vitam quotidianam attingebant, ridenda proponeret.

Quod denique tertium in antiqua comoedia inesse videatur: summa est licentia omnium, quam vini satietas efficere potuit. Eo revocandum est, quod plerique, qui hoc artis genus tractabant, voluptate quadam irretiti, ad omnem turpitudinem delapsi sunt. At vero ne quis Aristophani vitio

---

24. Fr. Ritteri de Aristophanis Pluto dissertat. pag. 8. 25. Apud Dindorf. pag. XVI. XVII. 26. Ibid. pag. XVII.

dandum arbitretur, quod aetatis morem sequeretur; ipse enim multo parcius, quam aequales, libertate utebatur, quae plebis multitudinem caperet atque a festis diebus separari non posset.

Reliquum est, ut pauca etiam addantur de temporis ratione, quo antiqua comoedia maxime floruerit. Est autem quod intersit inter ista tempora, quoniam poetae ab Olymp. L. id potissimum sequebantur, ut sensus hominum moverent voluptatesque excitarent; deinde vero, in quo summa dignitas consistere debet, ab Olymp. LXXX. usque ad XCIV. comoedia ad vitam publicam se applicabat nihilque negligebat, quod saluti omnium aut prodesse aut obesse posset. Adjiciantur nomina eorum, qui maxime hoc genus coluerunt. Ordiamur autem oportet, qui dignus esse videatur, a Susarione, de quo pluribus disputatum est; deinceps sequuntur Euetes, Euxenides et Myllus, Chionides, qui *πρωταγωνιστὴς τῆς ἀρχαίας* merito dicatur, quoniam scriptae ejus fabulae perhibentur. Adjungitur Magnes, quem praeclare in arte egisse testatur Aristophanes his versibus:[27].

ὑμᾶς δὲ πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας,
καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήρᾳ προδιδόντας·
τοῦτο μὲν εἰδὼς ἅ'παθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,
ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τρόπαια·
πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἱείς, καὶ ψάλλων, καὶ πτερυγίζων,
καὶ λυδίζων, καὶ ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις,
οὐκ ἐξήρκεσεν. ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρως, οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης,
ἐξεβλήθη πρεσβύτης ὤν, ὅτι τοῦ σκώπτειν ἀπελείφθη·

quocum consentit Anonymus his verbis:[28]. *Μάγνης δὲ Ἀθηναῖος ἀγωνισάμενος Ἀθήνησι νίκας ἔσχεν ιά;* sed et Magnes et ii, qui proximi sunt, Ecphantides et Tolynus, tales fuere, qui florentissimam comoediae aetatem praecurrisse videantur. Sequitur, ut illius temporis princeps dicendus sit Cratinus, cujus laudes idem Aristophanes ita indicavit;[29].

εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ.

Neque abhorret ab ejus sententia Anonymus uno loco:[30]. *ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, συστήσας τὴν*

27. Equit. v. 518. seqq. 28. Apud Dindorf. pag. IX. 29. Equit. v. 526.
30. Apud Dindorf. pag. XIII.

ἀταξίαν, καὶ τῷ χαρίεντι τῆς κωμῳδίας τὸ ὠφέλιμον προσέθηκε, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλων, καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζων; et altero: 31. *αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν· οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ Ἀριστοφάνης ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασι ποιεῖ, τὸ φορτικὸν τῆς ἐπιτιμήσεως διὰ ταύτης ἀναιρῶν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων.* Sed quoniam ingenii artisque praestantia in eo summa erat, multi et admirari et imitari voluerunt. Fabulas autem scripsit quinque et viginti, quarum tituli hi sunt: 32. *Ἀρχίλοχοι, Βούκολοι, Δηλιάδες, Διδασκαλίαι, Δραπετίδες, Ἐμπιπράμενοι, Εὐμενίδες, Εὐνεῖδαι, Θρᾶτται, Κλεοβουλῖναι, Λάκωνες, Μαλθακοί, Νέμεσις, Νόμοι, Ὀδυσσεὺς, Πανόπται, Πυλαία, Πλοῦτοι, Πυτίνη, Σάτυροι, Σερίφιοι, Τροφώνιος, Χειμαζόμενοι, Χείρωνες, Ὧραι.* Omissis autem eis, qui levioris momenti sunt, Cratete, Teleclide, Hermippo, Alcjmene, accedimus ad eos poetas, quorum opera tantam comoedia perfectionem nacta est, ut, quo ultra procederet, non haberet.

Quod unde factum sit, ex eis, quae prius disputata sunt, facile intelligetur; magna enim fuit popularis imperii licentia, atque in dies nequissimorum hominum multitudo crescere coepit, ut satis causae esset, cur poetae, qui vitae publicae quasi tutelam susciperent, insurgere vellent. Eorum autem, qui maxime hanc aetatem illustravere, primus Eupolis dicatur, de cujus poetica facultate fabularumque, quas scripsit, ingenio ita judicavit Platonius de divers. char.: 33. *Εὔπολις δὲ εὐφάνταστος μὲν εἰς ὑπερβολήν ἐστι κατὰ τὰς ὑποθέσεις· τὰς γὰρ εἰσηγήσεις μεγάλας τῶν δραμάτων ποιεῖται, καὶ ἥνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινοῦσιν οἱ λοιποί, ταύτην ἐκεῖνος ἐν τοῖς δράμασιν ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν πρόσωπα, καὶ δι' αὐτῶν εἰσηγούμενος ἢ περὶ θέσεως νόμων, ἢ καταλύσεως· ὥςπερ δέ ἐστιν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκέμματα λίαν εὔστοχος.* Fabularum, quas composuit, hi fere tituli feruntur: *Αἶγες, Βάπται, Δῆμοι, Διαιτῶν, Διὰς, Εἵλωτες, Κλοπαὶ, Λάκωνες, Κόλακες, Μαρικᾶς, Πολεῖς,* alii plures. Excipiat eum Aristophanes, qui qualis et quam praecipuo honore haberi debeat, cum pluribus locis expressum sit, satis erit, fabularum ejus numerum ac nomina attulisse; de quibus, tota re diligenter circumspecta, Din-

31. Id. pag. VIII. 32. Meinek. Quaest. scen. specim. I. pag. 25. 33. Apud Dindorf. pag. VIII.

dorfius ita tradidit:[34]. Quas enim vel superstites habemus poetae fabulas vel deperditas ex scriptis veterum cognovimus, eae, si quis rationem recte ineat, neque aut testibus incredibilia dicentibus obsequatur, aut corrupta pro sanis habeat, hunc ipsum, quem modo dicebamus, numerum explere reperiuntur. Quam rem indice fabularum infra posito declarare placuit. I. *Δαιταλῆς.* II. *Βαβυλώνιοι.* III. *Ἀχαρνῆς.* IV. *Ἱππῆς.* V. *Νεφέλαι πρότεραι.* VI. *Προαγών.* VII. *Σφῆκες.* VIII. *Εἰρήνη προτέρα.* IX. *Ἀμφιάραος.* X. *Ὄρνιθες.* XI. *Λυσιστράτη.* XII. *Θεσμοφοριάζουσαι πρότεραι.* XIII. *Πλοῦτος πρότερος.* XIV. *Βάτραχοι.* XV. *Ἐκκλησιάζουσαι.* XVI. *Πλοῦτος δεύτερος.* XVII. *Αἰολοσίκων πρότερος.* XVIII. *Αἰολοσίκων δεύτερος.* XIX. *Κώκαλος.* XX. *Ἀνάγυρος.* XXI. *Γεωργοί.* XXII. *Γῆρας.* XXIII. *Γηρυτάδης.* XXIV. *Δαίδαλος.* XXV. *Δαναΐδες.* XXVI. *Δράματα ἢ Κένταυρος.* XXVII. *Δράματα ἢ Νιόβος.* XXVIII. *Εἰρήνη δευτέρα.* XXIX. *Ἥρωες.* XXX. *Θεσμοφοριάζουσαι δεύτεραι.* XXXI. *Λήμνιαι.* XXXII. *Ναυαγὸς* sive *Δὶς ναυαγός.* XXXIII. *Νεφέλαι δεύτεραι.* XXXIV. *Νῆσοι.* XXXV. *Ὁλκάδες.* XXXVI. *Πελαργοί.* XXXVII. *Ποίησις.* XXXVIII *Πολύειδος.* XXXIX. *Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι.* XL. *Ταγηνισταί.* XLI. *Τελμισσεῖς.* XLII. *Τριφάλης.* XLIII. *Φοίνισσαι.* XLIV. *Ὧραι.* Digessi autem hunc indicem ita, ut primo loco ponerem, quarum fabularum tempora indubitatis veterum testimoniis comperta habemus, tum enumerarem ceteras, quae quibus annis commissae fuerint, vel prorsus ignoratur, vel non satis accurate definiri potest. Sed ne longiores in his esse videamur, quam necesse sit, sola nomina eorum adjiciantur, qui reliqui commemoratione maxime digni sint. Sunt autem hi quidem: Phrynichus, Plato, Pherecrates, Philonides, Aristonymus, Amipsias, Archippus, Aristomenes, Callias, Hegemo, Lycis, Lysippus, Leuco, Metagenes, Alcaeus, Eunicus, Cantharus, Diocles, Nicochares, Nicophon, Philyllius, Polyzelus, Sannyrio, Strattis, Theopompus, Demetrius, Arcesilaus, Apollophanes, Autocrates, Cephisodorus, Euthycles, Menander, Xenophon; quorum omnium qui et res domesticas et poesis rationem intelligere volet, is potest Meinekium consulere accurate copioseque disputantem.[35].

---

34. Aristophanis Fragmenta; ex recens. Guil. Dindorf. Lips. 1829. pag. 4. 5.
35. Quaest. scen. specim. II. pag. 6. seqq.

3.

Sed cum totum illud, quod in antiqua comoedia inesse videatur, quodque pertineat ad id, de quo disputatur, satis expositum sit: singula quaeque, quae in ipso continentur, explanare omnino necessarium erit. Si quis vero omnem comoediae rationem considerare volet animumque attendere, in quo sua cujusque laus appareat, is, puto, intelliget, quantum inter omnes una vetus excellat, de qua jam dudum tracto. Neque enim in ullo genere tanta est virtus poetica, quanta in illo perspicitur, quod dicimus. Sunt autem maxime in eodem, quibus virtutibus multum differt a reliquis generibus, sensuum pulcra conformatio, cogitationum libera continuatio; accedit eo, quod oratio eximie ornata est, apte deliguntur verba, denique numeri metraque plane perfecta sunt. Est igitur totum illud genus, ut accuratius definiatur, sublime quoddam ac grande dicendum, si quidem pulcritudinis forma cum eo, quod poetae est, ingenio temporisque ratione jungi videatur. Quod autem antiqua illa quidem comoedia omnino ad verae artis laudem accedit neque minus, quam tragoedia, libertate sua utitur, ac principalis quaedam dici debet, id quidem, nisi qui rerum plane rudis est, fugere potest neminem. Habet enim tantam vim, ut a quotidiana vita animos legentium avocet in eoque rerum ordine collocet, qui, quod summam cogitationibus libertatem concedit, proprius est poetarum. Homines autem tales esse finguntur, ut aut deteriores aut ridicule videantur animati; indeque summa est vis ac momentum in eos, qui ad pulchritudinis speciem nati factique sunt, cum praesertim habeant illa carmina formam, quae sententiarum praestantia excellat animique libertatem augeat maxime. Ex his igitur, quae disputavimus, intelligi potest, quamvis differant inter se tragoedia et comoedia atque oppositae sint, tamen habere, quo se invicem contingant, ut tantum varietates unius ejusdemque animi ostendant. Ut enim omittam, quod similes sibi sunt, quoniam in vitae consuetudine se excipiunt naturaeque, quae gravitatem et laetitiam habeat, satisfaciunt: sunt etiam propter summas sententias inter se copulatae conjunctaeque. In sententiis autem ejusmodi, quales significavimus, quae fastigium utriusque generis efficiant, ita inter se aptae sunt, ut, quicquid erit, quo differant, id quasi in corpore, nec vero in animo situm esse videatur. Quod qui probe

intelligere volet, omnes autem velle debebunt, studiose legat Aristophanis eorumque, qui veterem comoediam perficere potuerant, fabulas, atque re cognita persuasum habebit, quantopere illi ipsi ad summam nos, qua nati simus, rationem perducere possint. Idque eo magis perspicuum erit, si cognoverimus, quanta earum sententiarum familiaritate usi sint, quae summae recte quidem habeantur, ita ut, quotiescumque eas adhibeant, cum voluptate id fieri putes. In omnibus autem his exprimitur ea, quae animo informatur, comoediae species, quae, quamvis occulta sit, tamen satis indicare sublimitatem potest, quam origo prae se ferat. Quare recte judicarunt, qui et tragoediam et comoediam consanguinitatis vinculo contineri voluerunt; neque minus probanda Socratis sententia est, quem Plato in Convivio ita loquentem facit, quasi tragoediarum poeta idem comicus esse possit. Illa autem sententiarum, quam diximus, granditas talis instituta est, ut animos eorum, qui legunt, non solum moveat, verum etiam rapiat, eique nullo modo possit obsisti. Neque vero primo id adspectu accidere solet, sed quo diutius in eadem commoramur, eo majorem ejus vim percipimus. Sin vero quaerimus, quid sit, quod illi poetae ad tantam animi altitudinem progredi possint: habebant res summas, quas tractare vellent. Quid est enim homine dignius quidve praestantius, quam docere, quomodo res publica defendi a malis civibus possit, quae ratio ineunda sit, ut prisci iidemque meliores mores revertantur, cum in omni vivendi modo, tum in artium disciplinis? Sed ea animi elatio, quam modo laudavimus, maxime in Aristophane cognoscitur, qui, quantum ejus fieri posset, studeret, ut et publicam vitam meliorem redderet, et artem ad humilitatem delapsam repelleret. Praeclarum igitur illud, quod saepius de se ipse praedicat, pugnasse sese pro salute communi atque eniti, ut melior rerum status evaderet. Erat autem omnino necessarium, ut antiqui generis poetae tales, quales significavimus, sententias afferrent, quoniam eorum, qui aderant, animos augere aut minuere debebant, prout eos aut cupere et mirari, aut contemnere et aversari volebant.

Verum enim quo magis etiam, quae explicuerimus, perspicua fiant, et Cratini et Aristophanis locos, quibus poetica virtus intelligatur, attulisse

non alienum putamus. Quanta autem illius quidem poetica indoles fuerit, quae talis esset, ut ad ipsam Aeschyli sublimitatem prope accederet, Anonymus in his diserte tradidit: [1] *γέγονε δὲ ποιητικώτατος, κατασκευάζων εἰς τὸν Αἰσχύλου χαρακτῆρα.* Quid porro ei tribuendum sit, eis, quae Meinekius in hunc modum disputavit, [2] declaratur: Beatam ingenii venam, qua erat sui confidentia, ipse praedicat in nobilissimo fragmento apud Schol. Arist. Equ. 523. et Suidam s. v. *ἀφέλεια* servato:

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων
καναχοῦσι πηγαί· δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἰλισσὸς ἐν φάρυγγι· τί ἂν εἴποιμί σοι;
εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

Quibuscum optime conferri possunt, quae Aristophanes alio loco praeclare dixit, [3] ita locutus, quasi torrens ille quidem haberi posset, omnia secum auferens:

Εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας πότ' ἐπαίνῳ
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔῤῥει καὶ τῆς στάσεως παρασύρων
ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.

Recte ad haec annotat Lucas: [4] Est hic locus valde admirabilis et conferendus cum illo Horatii Carm. IV. 2.

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet immensusque ruit profundo
Pindarus ore.

Sed quid Aristophanes valuerit, in quo inesse eandem virtutem dicimus, nonnulli loci comparandi docebunt. Primo loco commemorandi sunt Acharnenses, quorum uno in loco Dicaeopolis Dionysum tanquam deum praesentem invocat, [5] et altero, ubi idem *Διαλλαγὴν* alloquitur. [6] Omnino autem mecum laudaveris Equitum fabulam, in qua, quoniam argumenti natura ita ferebat, saepius poeta altiore spiritu ferri voluit; quod ut intelligatur, con-

---

1. Apud Diodorf. pag. IX. 2. Quaest. scen. specim. I. pag. 20. Conf. Cratinus et Eupolis. Dissertat. scrips. C. G. Lucas. pag. 12. 3. Equit. v. 523. seqq. 4. Ibid. pag. 13. 5. Acharn. v. 247. seqq. 6. Ibid. v. 987. seqq.

ferantur verba, quibus patrum laudes celebrantur, propterea quod in omni proelio victores exstiterint: [7].

εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι καὶ τοῦ πέπλου,
οἵτινες πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφράκτῳ στρατῷ
πανταχοῦ νικῶντες ἀεὶ τήνδ' ἐκόσμησαν πόλιν·

et quae reliqua sunt. His adde ea, quibus Cleo de sorte sua conquèritur atque etiam coronae valedicit: [8].

οἴμοι πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον.
κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.
ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, καί σ' ἄκων ἐγὼ
λείπω· σὲ δ' ἄλλος τὶς λαβὼν κεκτήσεται,
κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

In Nubibus vero Socrates nubes implorat, ut sacrificium benigne accipere velint;.[9] eadem in fabula Strepsiades filio laetatur, qui talis sit, ut patri aegritudinem adimere atque salutem parare potuerit. [10]. Sed etiam in Vespis inveniuntur, quibus ad altius dicendi genus poeta assurgat; referenda autem huc sunt Philocleonis verba, quae judicandi in judiciis felicitatem praedicant tanquam regalem eamque, quae vitae dignitatem ac splendorem praebere possit. [11]. Proponitur deinde Trygaeus in Pace equum cohortans, ut magnifice incedat atque pennis sublime feratur; [12]. altero loco chorus sponsam domo educi jubet, populumque gaudium exprimere, quod in omnium congratulatione cernatur: [13].

εὐφημεῖν χρὴ καὶ τὴν νύμφην ἔξω τινὰ δεῦρο κομίζειν
δᾷδάς τε φέρειν, καὶ πάντα λεὼν ξυγχαίρειν κἀπιχορεύειν,
καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν νυνὶ χρὴ πάντα κομίζειν
ὀρχησαμένους καὶ σπείσαντας καὶ Ὑπέρβολον ἐξελάσαντας.

Ex Avibus plures loci memorandi sunt, qui ad spiritus altitudinem sese attollant; praeter alios vide, ubi upupa lusciniam evocat sociam, ut initium faciat canendi sonos solennes, quos divinum os flere soleat: [14].

---

7. Equit. v. 565. seqq. 8. Ibid. v. 1248. seqq. 9. Nub. v. 269. seqq. 10. Ibid v. 1154. seqq. 11. Vesp. v. 560. seqq. 12. Pax. v. 154. seqq. 13. Ibid. v. 1316. seqq. 14. Av. v. 211. seqq.

ἄγε σύννομέ μοι, παῦσαι μὲν ὕπνον,
λῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων,
οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς,
τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν
ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσιν
γένυος ξουθῆς.
καθαρὰ χωρεῖ διὰ φυλλοκόμου
μίλακος ἠχὼ πρὸς Διὸς ἕδρας,
ἵν' ὁ χρυσοκόμας φοῖβος ἀκούων,
τοῖς σοῖς ἐλέγοις ἀντιψάλλων
ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα, θεῶν
ἵστησι χορούς·
διὰ δ' ἀθανάτων στομάτων χωρεῖ
ξύμφωνος ὁμοῦ
θεία μακάρων ὀλολυγή.

deinde illa fabulae pars conferatur, ubi nuntius ter felicem praedicat avium populum atque optat, ut is dominum aedibus excipiat, qui cum magnificentia et splendore prope accedat: 15.

Ὦ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες, ὦ μείζω λόγου,
ὦ τρισμακάριον πτηνὸν ὀρνίθων γένος,
δέχεσθε τὸν τύραννον ὀλβίοις δόμοις.
προσέρχεται γὰρ οἷος οὔτε παμφαὴς
ἀστὴρ ἰδεῖν ἔλαμψε χρυσαυγεῖ δόμῳ,
οὔθ' ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας
τοιοῦτον ἐξέλαμψεν, οἷον ἔρχεται
ἔχων γυναικὸς κάλλος οὐ φατὸν λέγειν,
πάλλων κεραυνόν, πτεροφόρον Διὸς βέλος.
ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος ἐς βάθος κύκλου
χωρεῖ, καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων δ'
αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ.
ὁδὶ δὲ καὐτός ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ θεᾶς
Μούσης ἀνοίγειν ἱερὸν εὔφημον στόμα.

Adjungendus Lysistratae locus est, quo Lysistrata aeterna gaudet gloria, in qua feminae aliquando apud Graecos futurae sint. 16. In Thesmophoriazusis praeter locum, quo servus omnes, qui adsint, silentio uti jubet, 17. adver-

---

15. Ibid. v. 1706. seqq. 16. Lysistr. v. 551. seqq. 17. Thesmophor. v. 39. 46.

tenda verba sunt, quibus Musae et Agatho poeta alternis versibus Cererem, Apollinem et Dianam salutant: [18].

ΑΓΑΘΩΝ.

ἄγενον ὅπλιζε Μοῦσα
χρυσέων ῥύτορα τόξων
Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας
γύαλα Σιμουντίδι γᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

χαῖρε καλλίσταις ἀοιδαῖς,
Φοῖβ᾽ ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς
γέρας ἱερὸν προφέρων.

et quae sequuntur. Adjiciendi Mnesilochi questus sunt de noctis diuturnitate. [19]. Praebent etiam Ranae plures locos, quibus id, quod volumus, poterimus comprobare; est autem in his ille quidem, quo Dionysos conditionem suam deplorat, quod plena sit timoris ac solicitudinis: [20].

οἴμοι τάλας, ὡς ὠχρίασ᾽ αὐτὴν ἰδών·
ὁδὶ δὲ δείσας ὑπερεπυῤῥίασέ μου.
οἴμοι, πόθεν ταυτὶ τὰ κακὰ προσέπτατο;
τίν᾽ αἰτιάσωμαι θεῶν μ᾽ ἀπολλύναι;
αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα;

Tum legas, ubi Euripides Aethera implorat, ut opem sibi ferre velit. [21]. Quod deinceps sequitur colloquium inter utrumque poetam factum, in eo multa insunt, quae aut integra, aut mutata ex tragoediis repetita esse videantur. Sed rem indicasse sufficiet. Postremo habemus, quam huc referamus, orationem, qua Praxagora in Ecclesiazusis ab initio lucernam solenniter appellat.

Ne quis vero in his Aristophani vitio dandum putet, quasi orationem miscuerit, cui major, quam par esset, sonus sit additus. Nonne seria carmina ideo imitatus esse videatur dicendique gravitatem adhibuisse, ut magis etiam joculari modo uti posset? Ita res habet. Plerumque enim fit, ut sententia, quae primo severitatis speciem prae se ferat, deinde cognita majorem risum commoveat.

---

18. Ibid. v. 106. seqq. 19. Ibid. v. 1065. seqq. 20. Ran. v. 307. seqq. 21. Ibid. v. 892. seqq.

Sed jam videamus quanta fuerit animi elatio in eis fabulae partibus, quas chori cantus complectantur, aut quo usque progredi poeta potuerit in sentiendi sublimitate. Omnino autem recte judicavit Maximus Tyrius, aut quicunque fuit, qui antiquam Atheniensium Musam in choris consistere dicebat.[22] Quae quamquam ita sunt in promptu, ut explicatione non indigeant, tamen comparari possunt et quae Schlegelius disputavit,[23] qui plurimos Aristophanis choros in tragoediam integros transferri posse putaret, et nonnulla exempla, quae ex summi poetae fabulis afferemus. Ex Acharnensibus legendi chori cantus sunt, quibus ille ingravescentis senectutis molestias conqueritur, quae prohibeant, ne intercessorem persequi possit;[24] deinde se ipsum cohortatur, ne ulla re deterreri se a persequendo patiatur.[25] In Equitum choro quodam Neptunus laudibus ornatur atque evocatur, ut chori partes tueri velit;[26] altero Minervae opem chorus implorat, ut ea propius accedat verisque victoriam praebeat:[27]

ὦ πολιοῦχε Παλλὰς, ὦ
τῆς ἱερωτάτης ἁπα-
σῶν πολέμῳ τε καὶ ποιη-
ταῖς δυνάμει θ' ὑπερφερού-
σης, μεδέουσα χώρας,
δεῦρ' ἀφικοῦ λαβοῦσα τὴν
ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις
ἡμετέραν ξυνεργὸν
Νίκην, ἣ χορικῶν ἐστιν ἑταίρα,
τοῖς τ' ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν στασιάζει.

et reliqua. Quanta autem virtus ac praestantia in eis carminibus inesse videatur, quae Nubium chorus decantaverit, id jam alii monuerunt. Nec dubium est, quin talia sint, quae Aristophanis pulcherrima haberi possint. Sunt autem in his ea potissimum numeranda, quibus chorus se ipsum provocat ad progrediendum, ut ex altitudine descendere possit:[28]

---

22. Conf. Gyrald. Comment. de com. et trag. in Gronov. Thes. antiq. graec. Vol. VIII. pag. 1484. 23. Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Th. I. S. 280. 24. Acharn. v. 204. seqq. 25. Ibid. v. 219. seqq. 26. Equit. v. 551. seqq. 27. Ibid. v. 581. seqq. 28. Nub. v. 275. seqq.

ἀέναοι Νεφέλαι,
ἀρθῶμεν φανεραὶ δροσερὰν φύσιν
εὐάγητον,
πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος
ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ
δενδροκόμους, ἵνα
τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα,
καρποὺς ἀρδομέναν θ' ἱερὰν χθόνα,
καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα
καὶ πόντον κελάδοντα βαρύβρομον·
ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται
μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς.
ἀλλ' ἀποσεισάμεναι νέφος ὄμβριον
ἀθανάτας ἰδέας ἐπιδώμεθα
τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.

deinde ea, quae nonnullos deos advocant, ut ad chorum accedant.[29] Adde illis ex Avium carminibus ea, quibus chorus pollicetur, se non discessurum esse a senis sententia;[30] quo adjungi possunt, in quibus animi laetitia de nuptiarum sacris exprimitur.[31] Omnino, qui, quam dulcis sit Aristophanis Musa, volunt experiri planeque percipere, ii legant nobilissimum Thesmophoriazusarum hymnum, qui in omnium deorum, quos Thesmophoriis praeesse credebant, honorem compositus est.[32]

δεχόμεσθα καὶ θεῶν γένος
λιτόμεσθα ταῖς δ' ἐπ' εὐχαῖς
φανέντες ἐπιχαρῆναι.
Ζεῦ μεγαλώνυμε, Χρυσολύρα τε,
Δῆλον ὃς ἔχεις ἱεράν.
καὶ σὺ παγκρατὲς κόρα,
γλαυκῶπι, χρυσόλογχε,
πόλιν οἰκοῦσα περιμάχητον, ἐλθὲ δεῦρο.
καὶ πολυώνυμε, θηροφόνε παῖ,
Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος.
σύ τε πόντιε σεμνὲ Πόσειδον,
ἁλιμέδον, προλιπὼν

29. Ibid. v. 564. seqq. 595. seqq. 30. Av. v. 626. seqq. 31. Ibid. v. 1720. seqq. 32. Thesmophor. v. 312. seqq.

μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδόνητον,
Νηρέος ἐνάλιοί τε κόραι,
Νύμφαι τ' ὀρείπλαγκτοι.
χρυσέα τε φόρμιγξ ἠχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς
ἡμετέραις· τελέως δ'
ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναίων
εὐγενεῖς γυναῖκες.

Quocum jungendum est canticum Ranarum, quod altius assurgit atque effertur, invocans Bacchum, ut in pratum introeat accedatque ad orbem saltatorium, quem sacra multitudo instituerit:[33].

Ἴακχ', ὦ πολυτίμητ' ἐν ἕδραις ἐνθάδε ναίων,
Ἴακχ', ὦ Ἴακχε,
ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων,
ὁσιοὺς ἐς θιασώτας,
πολύκαρπον μὲν τινάσσων
περὶ κρατὶ σῷ βρυόντα
στέφανον μύρτων. θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων
ποδὶ τὰν ἀκόλαστον
φιλοπαίγμονα τιμὰν,
χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν μέρος, ἁγνὴν, ἱερὰν
ὁσίοις μύσταις χορείαν.

Sed quoniam antiquae comoediae natura ita comparata est, ut in jocis facetiisque omnino consistat, facile intelligitur, quatenus praeter eas, quas diximus, alias quoque sententias adhibuerit, quibus animos movere posset. Est autem jocus ille talis, ut nihil habeat, quod sequatur, neque ullo fine coerceri se patiatur, estque eo perfectior, quo minus certa ratione niti videtur. Quod longe aliter accidit apud eos, quorum nova est comoedia, poetas, quoniam id agere student, ut totius fabulae forma, quamvis multos habeat jocos, certum consilium sequatur neque careat severitate quadam. Ingeniose igitur A. W. Schlegelius de hac antiqui generis ratione ita explicuit:[34]. In der alten Komödie hingegen ist diese scherzhaft, eine scheinbare Zweck-

---

33. Ran. v. 324. seqq. conf. v. 340. seqq.

34. Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Th. I. S. 274.

losigkeit und Willkür herrscht darin, das Ganze des Kunstwerks ist ein einziger großer Scherz, der wieder eine ganze Welt von einzelnen Scherzen in sich enthält, unter denen jeder seinen Platz für sich zu behaupten und sich nicht um die andern zu bekümmern scheint. Ex quo effici potest sententiarum genus, quod subtiles dissimulationes exprimat, cogitationes praeter omnem opinionem invectas contineat eaque habeat, quae e longinquo alludant. Quare jure laudantur, qui plurimum leporis ac facetiarum Aristophanis nos fugere judicarunt, quamvis multa in eo explicata sint multumque doctrinae congestum; ac tamen una Aristophanis fabula plus festivitatis continere videatur, quam plures novi generis comoediae conjunctae. Quae poetae virtutes ut magis perspiciantur, dicendum est, illud facetiarum genus difficile esse ad intelligendum, compositum, acute dictum, sed tamen ita institutum, ut neque usu tritum, neque obscurum ac suspensum sit. Poterit autem id, quod modo dixi, nonnullis locis probari, qui ex ipsius poetae fabulis petendi sint; lege prae ceteris duos Nubium locos, qui acumen quoddam habent,[35.] et justi oratoris verba, in quibus magna est sentiendi sublilitas.[36.] Deinde elucet illa quidem comici facultas ex Equitum lepidissimis versibus, per quos Cleo, coriis vendendis quaestum faciens, et fartor botulorum gratiam aucupantur senescentis atque inepti populi blanditiis, vaticinationibus et rebus ad epulandum exquisitissimis propositis.[37.] Sed magis etiam excellit Avium fabula et inveniendi audacia et rerum mirabilium frequentia; eadem delectat hilaritate et jucunditate. Quicquid enim est, quod in historia naturali, in mythologia, quae dicitur, in proverbiis aliisque rebus de avibus memorabile traditur, omne id in rem suam argute poeta convertit. Quae quidem sententia ut comprobetur, cum multos opponere possim versus, sufficiat nonnullos indicasse, quorum memoratu dignissimi sunt ii, quibus antiquam avium potestatem exprimi vides.[38.] Comparari insuper possunt Peisthetaeri exhortatio[39.] et sermones ipsius cum vate quodam habiti.[40.] Ex Pace autem memoranda est Trygaei gratulatio atque invitatio.[41.] Multa

35. Nub. v. 319. seqq. conf. v. 743. seqq. 36. Ibid. v. 961. seqq. 37. Equit. v. 1010. seqq. 38. Av. v. 488. seqq. 39. Ibid. v. 837. seqq. 40. Ibid. v. 963. seqq. 41. Pax. v. 289. seqq.

autem, quae huc pertineant, in Ranarum fabula inveniuntur, quippe quae propter facetiarum multitudinem plurimam ridendi materiam praebeat. Vide inter alia ea, quae colloquium cum mortuo quodam continent ad sepeliendum transvecto;[42] eadem ratio est eorum versuum, quibus Aeacus ostenditur quaestionem instituens, uter deus habendus sit, Dionysus an Xanthias.[43] Nec minus miraberis poetae ingenium, quo servorum inducit sermones, ad sortis delectationem compositos.[44] His adde Ecclesiazusarum locum, ubi Praxagora feminas eximia laude ornat, propterea quod admirabili animi constantia excellant.[45]

Sed ne praetermittatur quicquam, quod antiquae comoediae proprium sit, adjiciendum est id sententiarum genus, quod in summa petulantia ac ridendi lascivia versatur, quodque omnia honestatis et pudoris claustra videtur perfringere, ut nisi tempore suo excusari non possit. Nec vero difficile erit ad explicandum, quid de eo judicemus, si perpenderimus, illam comoediam institutam fuisse, ut festis ejus dei diebus ageretur, quem quasi divino spiritu homines inflare putarent atque ludicris oblectare. Quare fieri potuit, ut ipsa comoedia, ad festi naturam accommodata, tanquam crapula quadam capi videretur, id quod ad plurimas Aristophanis fabulas easque, quae reliquorum poetarum sunt, pertinere consentaneum est. Haec autem ratio omnem licentiam excusabat permittebatque, ut multa, quamvis praemeditata essent, tamen casu oblata viderentur et lepide dicta, quae puncto temporis enata essent. Sunt autem illius generis, quod in hilaritate positum est, plura exempla, quorum habes initium Lysistratae, quod feminas ostendit ad aram sacrificantes. Thesmophoriazusae deinde exhibent matrem cum prole, quae nihil aliud significat, nisi utrem vino repletum; in ipsis Acharnensibus pacis fit periculum sub specie vini, habita temporis ratione. Ex quo judicari potest, quam proclivis fuerit antiqua comoedia ad asperiores facetias cavillandique libidinem, qua nemini parcere vellet. Sed tamen ignorari in his non debet, quantum laudis Aristophani tribuendum sit, qui

---

42. Ran. v. 173. seqq. 43. Ibid. v. 605. seqq. 44. Ibid. v. 738. seqq. 45. Ecclesiaz. v. 214. seqq.

totam deridendi et jocandi rationem ita instituerit, ut prorsus confusa appareat atque numeris suis absoluta. Cratinus vero acerbis cavillationibus excelluisse, hilaritate caruisse perhibetur; quocum Eupolis ita jungitur, quasi ridendo jucundus, versutus in dicendo fuerit, deficiente vi comica. Optime autem, quid differant inter se tres summi antiqui generis poetae, grammaticus in his exposuit:[46] *Κρατῖνος αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν. οὐ γὰρ, ὥσπερ ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασι ποιεῖ, τὸ φορτικὸν τῆς ἐπιτιμήσεως διὰ ταύτης ἀναιρῶν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων* et quae sequuntur. *(Εὔπολις) ὥσπερ δὲ ἐστιν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ἐπίχαρις, καὶ περὶ τὰ σκέμματα λίαν εὔστοχος. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸν μέσον ἐλήλακε τῶν ἀνδρῶν χαρακῆρα. οὔτε γὰρ πικρὸς λίαν ἐστὶν, ὥσπερ ὁ Κρατῖνος, οὔτε χαρίεις, ὥσπερ ὁ Εὔπολις, ἀλλ' ἔχει καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας τὸ σφοδρὸν τοῦ Κρατίνου καὶ τὸ τῆς ἐπιτρεχούσης χάριτος Εὐπόλιδος.*

Jam vero accedamus ad explicandam rationem, quae in personarum adumbratione posita est, qua nihil possit esse gravius in dramatico carmine et heroico, praecipuis illis quidem poesis generibus. Quae personae si accurate describuntur, facile fieri potest, ut ipsam hominis naturam perspiciamus atque cognoscamus, quid res externae in eum valuerint, quidque in sentiendo atque agendo movere potuerit. Est igitur omnino statuendum, eos poetas, qui in hoc genere gloriam adepti sint, optime docere posse, quonam judicio de universo hominum genere et de nobismet ipsis uti deceat. Sed ut gravissima est haec res, ita est difficillima. Neque enim ullo modo personarum natura recte exprimetur, nisi totius hominum vitae cognitio parata sit atque indagatio et vitiorum et virtutum, quae ad agendum impellere soleant. Ne quis igitur miretur, quanta sit ingenii facultatum, quae in his rebus desiderentur, penuria. Quae in hoc genere feliciter elaborare possint, splendida sunt ingenia, quae pauca inveniuntur, cum multitudo populi consuetudine semper ducatur, quamvis invita, atque vitiis teneatur, quae bonum judicium impediant. Sed qui tales existunt, ut probe intelligant, quales ipsi inter homines constituti sint, quique tanta animi libertate utuntur, quanta in agendo requiritur, ne cuipiam obnoxii videamur:

46. Apud Dindorf. pag. VIII.

omnes ii id, quod in quoque ordine perfectum erit, in se colligere poterunt, haud neglecta sua ipsorum dignitate. Is enim solus, qui quasi in medio constitutus est, unde omnem hominum rationem circumspicere possit, aptus erit ad dijudicandum, quantum different inter se hominum genera atque distent. Nec vero illud solum est, quod inde redundet; poterit etiam ad praestantiam quandam pervenire, qui alienus a singulorum hominum proprietate et affectione complectatur, in quo totius generis natura potissimum cernatur.

Sin vero transgrediamur, ut dicatur, quales sint Aristophanis personae, omnino intelligendum est, summam in ipsarum adumbratione vim esse, nec vero varietatem, quae necessaria esse videatur. Sed tamen nihil erit, quod reprehendere possis, si rem ipsam cognoveris, earum personarum, quae ex ipsa hominum vita petitae sint, mutationem difficiliorem esse, quam si quae fictae proponantur. Ut enim singula persequamur, tenendum est, in fabulis summum comicum totum sese ad rem publicam accommodasse ideoque personarum designationem ita instituisse, ut fidem historiae haberet, ac tamen poesis libertate uteretur. Quod praeclare de his Suevernius disputavit,[47] transscribatur: Kam es nun in dieser Beziehung hauptsächlich darauf an, alle Personen so zu gestalten, daß ihre poetische Bildung ihre Bedeutung vollkommen ausdrückte, wobei dann dem komischen Dichter noch große Freiheit, durch karikirende Heraustreibung ihrer Züge seine Absicht mit ihnen recht grell und unverkennbar darzustellen, zustand: so ist doch auf der andern Seite eine größere äußere Gebundenheit derjenigen Charaktere, deren Namen von bestimmten Individuen entlehnt sind, nicht zu verkennen. Betrachten wir auch die Person des komischen Sokrates genauer, so werden wir finden, daß der wirkliche Sokrates allerdings den Kern von Jenem ausmacht, und daß mehr Hauptzüge, als man auf den ersten Anblick erkennt, in dem von Aristophanes geschaffenen Sokrates, theils durch ihre buchstäbliche Uebertragung aus dessen Leben, theils in karikirenden Erweiterungen, verwebt sind.

Quamquam igitur concedi debet, omnes Aristophanis personas ad rerum fidem accedere, quemadmodum modo diximus: tamen aliquatenus dif-

47. Ueber Aristophanes Wolken, von J. W. Süvern. Berlin 1826. S. 3.

ferre inter se reperientur, siquidem aliae plus, aliae minus ex ipsa vita desumptae appareant. Earum enim aliae uno quasi penicilli ductu depictae sunt, ita tamen, ut, quid significent, luculenta imago praebeatur, aliae accuratius expressae, denique aliae ex comoediae ratione, quae conditionem humanam excedat, poetarum more exauctae sunt. Neque mirum videri debebit, nisi forte poetae munus confunditur cum eo, quod historici est; de qua re acute, ut solet, Suevernium audiamus disputantem:[48]. Hat nun die dramatische Person des Sokrates nicht Portrait-Aehnlichkeit, so heißt es, den Standpunkt für die Beurtheilung eines komischen Dichters mit dem für die Beurtheilung eines Geschichtschreibers verwechseln, wenn man daran sonderlich Anstoß nehmen will. Denn wie viel historische Wahrheit auch den Wolken, gleich wie allen Bildungen des Aristophanes, im Ganzen zum Grunde liegt, so beruht diese doch nicht darauf, daß die Welt, die er aus seinem Geiste geschaffen, der Wirklichkeit als ihr Spiegelbild gegenüberstellt, dieser auch buchstäblich und bis auf die einzelnen Lineamente jeder darin auftretenden Figur entspreche; sondern daß sie auch hierin so Viel eben aus der Wirklichkeit aufgenommen habe, als zur Treue des Ganzen gehörte und erforderlich war, dem damaligen Volke den Uebergang von der Wirklichkeit zu ihrer freien Nachschaffung im Gebiete der Kunst zu erleichtern und seinen Augen den Faden sichtbar zu erhalten, der diese mit jener verband, indem sie ihm zugleich durch alle Schärfe und Mittel der Komödirung, durch Spott, Satyre, Ironie und Karikatur, durch die freiesten Combinationen der Phantasie, und in der Umschlingung oft der schönsten und wohltönendsten Poesie, von ihr geschieden und verschieden entgegen trat. Quamquam autem fabularum, quae Aristophani tribuuntur, divisio non magni facienda est, tamen in aliis aliud poetae consilium, quod personarum delineatio ostendit, eminere videatur; neque dubitandum est, quin idem ad omnes antiqui generis fabulas pertineat. Quod latius persequemur, si prius apposuerimus, quod idem Suevernius de fabularum Aristophanearum distributione optime exposuit:[49]. Nach den noch vorhandenen Werken des Aristophanes zu urtheilen, kann man zwei große Abtheilungen seiner Dramen, so weit sie in die Zeit der alten Komödie fallen, annehmen,

48. Dieselbe Abhandlung, S. 68. 49. Ueber Aristophanes Drama, benannt das Alter, von J. W. Süvern. Berlin 1827. S. 22. ff.

die vor dem fünfzigjährigen Frieden mit Sparta, oder Ol. 89, und die später verfaßten und aufgeführten. Die zu der erstern gehörenden haben alle eine nähere Verwandtschaft unter einander. Sie bewegen sich in einem gemeinschaftlichen Ideenkreise und in denselben Richtungen, die sie im Einzelnen verfolgen. Sie vertreten im Ganzen die gute alte Zeit des athenienfischen Staats und die Alten gegen die Jugend und die in ihr sich regenden Prinzipe einer aufkommenden neuen Zeit. Dem Kriege mit Sparta sind sie entgegen und bekämpfen insonderheit die durch das System seiner Führung begünstigten Mißbräuche und Uebelstände, in welchem die Elemente der dem Volkscharakter und dem Staate Zerrüttung drohenden neuen Zeit sich nähren. In der Behandlung herrscht noch mehr gerader Angriff und offner Spott und der Ernst vor, der sich noch Erfolg seiner Zucht verspricht, den Staat von dem drohenden Verderben retten und das Volk zur Besinnung bringen zu können meint. Die spätern Stücke dagegen, wenngleich in ihnen der Gegenstand und Stoff sich nicht verändert, und wenn auch die frühern Gesichtspunkte seiner Betrachtung immer wiederkehren, haften weit weniger an den einzelnen derselben, sondern verschmelzen sie mehr zu Totalansichten über den Staat und seine Grundübel, und in der Behandlung zieht sich der offene Ernst, der Vergeblichkeit seiner gestrengen Zucht inne geworden, mehr hinter die Maske der Ironie zurück, und läßt diese mit den Spielen des Lebens selbst ein überlegenes ungebundenes Spiel treiben. Ohnstreitig gab es zwischen beiden noch eine mittlere Klasse Aristophaneischer Komödien, nämlich derer, die in die Jahre zwischen dem fünfzigjährigen Frieden und dem offnen Wiederausbruch des Krieges, oder vielmehr schon dem sicilianischen Feldzuge, fielen u. s. w.

Potest autem triplex oppositum in ipsis comoediis animadverti, cujus a.) primum est, quo publica describitur vita eorum, qui rei publicae male praesint, aut malorum civium ratio et populi inconstantis, qui perniciosas consuetudines et consilia sequatur. Sunt autem ex fabularum numero huc referendi: Acharnenses, Equites, Vespae, Pax, Lysistrata, Ecclesiazusae. Sed jam ante Aristophanem nonnulli comici omne id, quod civitati aut saluti publicae aut moribus periculum conflare videretur, in fabulis tractare inceperant, ut mali populi moderatores, heluones, adulatores, homines molles et ignavi, denique omnes, qui imbecillitatis aut turpitudinis speciem prae se ferrent, acerbe reprehensi essent. Jam supra attigimus, quo usque

Cratinus progredi voluerit, qui ne Periclis quidem auctoritati parceret, aut quos Eupolis perstringere susceperit, qui omnis fere civitatis principes tangeret; adjiciatur tamen mentio etiam aliorum poetarum, qui idem aggressi sunt. Audiatur in his Meinekius, quo nullus fere rectius judicaverit, qui Teleclidem acerbum Periclis adversarium dixit[50]. Hermippumque inter eos fuisse contendit, quos contumeliosis versibus eundem virum persecutos esse notissimum sit.[51]. Neque abstinuit Plato comicus, quo minus omne studium eo conferret, ut Cleophontem et Pisandrum perstringeret in fabulis, quae eisdem nominibus inscribebantur. Cleopho autem, qui ad ducis dignitatem pervenerat, tanquam homo novus deridetur et obscuro loco natus, tanquam nugator et levis; Pisander in scenam committitur, quod tum, cum militum imperium haberet, ignaviae opprobrium sibi contraxerat. Sed Aristophani demum contigit, ut summam scenae libertatem adduceret eo, quod homines, ad quos delata essent omnia, quique plurimum apud populum valerent, ludendos dabat, vitam eorum detegebat atque ingenia et mores ita exprimebat, ut etiam nobis perspicui sint. Maxime autem se applicabat ad Cleonis derisionem, quam ita instituit, ut operae pretium esse videatur, exponere, qua via id, quod vellet, consequeretur. Jam in Babyloniis, quae secunda est ejus fabula, tanta vehementia in eum invectus erat, ut aut ipse, aut Callistratus, sub cujus nomine comoedia docta esset, accusaretur, quasi in cives, praesentibus advenis, aequo plus criminum congessisset. Addam de hac re G. Dindorfii verba:[52]. Proxima Daetalensibus fuit aetate, sed indole multum diversa Babylonii fabula, quae multorum invidiam conflavit Aristophani. Animosior enim, ut videtur, quem Daetalenses experta erat, populi favore factus, in Babyloniis non solum magistratus quosdam acriter exagitavit, sed etiam Cleonem, cujus tum summa fuit exstincto Pericle in civitate potentia, tanto impetu est aggressus, ut litem illatam sibi viderit, quam non

---

50. Quaest. scen. specim. I. pag. 29. 51. Ibid. pag. 30. 52. Aristophanis fragmenta, ex recens. G. Dindorfii. Lips. 1829. pag. 54.

multum abfuit quin amitteret. De qua re disertum est ipsius testimonium in Acharnensibus v. 355. (377. Kust.)

αὐτός τ᾽ἐμαυτὸν, ὑπὸ Κλεώνος ἃ ᾽παθον,
ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν.
εἰσελκύσας γάρ μ᾽ εἰς τὸ βουλευτήριον
διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου
κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν, ὥστ᾽ ὀλίγου πάνυ
ἀπωλόμην μολυνοπραγμούμενος·

Quibus si adhibeas versus 476 — 480., quod caput causae fuerit, cognosces:

ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μὲν, δίκαια δέ·
οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ᾽ἀγὼν,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

Pergit deinde poeta in Acharnensibus Cleonem carpere,[53] sed proximo anno suo ipsius nomine hominem nequissimum ita aggreditur, quasi ipse Hercules esset, quod de se in Vespis praedicat:[54]

οὐδ᾽ ὅτε πρῶτόν γ᾽ ἦρξε διδάσκειν, ἀνθρώποις φήσ᾽ ἐπιθέσθαι,
ἀλλ᾽ Ἡρακλέους ὀργήν τιν᾽ ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν,
θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι.

Ne quis vero Aristophanem inimicitiis, quas cum Cleone habebat gravissimas, ductum arbitretur, ut eum contumeliosius perstringeret: impugnabat omnino ipsius nomine petulantiam eorum, qui in rei publicae administrationem irruerent. Itaque appellat eum populi moderatorem pessimum ac metuendum, qui arrogantia, ostentatione et gloriae cupiditate atque Demosthenis et Niciae obtrectatione aeque civium suorum odium et contemtum sibi conflare voluerit, ac sociis pecuniae promissionibus molestias creare. Quod autem naturam moresque ejus attinet, perfectam eorum imaginem habemus comparandis Vesparum locis, in quorum uno haec leguntur:[55]

53. Acharn. v. 295. seqq. conf. v. 384. seqq.
54. Vesp. v. 1029. seqq.
55. Vesp. v. 34. seqq.

κἄπειτα τούτοις τοῖσι προβάτοις μοὐδόκει
δημηγορεῖν φάλαινα πανδοκεύτρια,
ἔχουσα φωνὴν ἐμπεπρησμένης ὑός.

altero simulacrum exprimitur praeter modum deforme: 56.

οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
περὶ τὴν κεφαλήν· φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
φώκης δ' ὀσμήν, Λαμίας δ' ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου.

Sed ut magis etiam illius ingenium intelligatur, videamus, quibus lineis ex Equitum fabula petendis poeta in adumbratione usus sit. Dixit eum *δοῦλον πανουργότατον καὶ διαβολώτατον*, 57. deinde *ἤκαλλ', ἐθώπευ', ἐξηπάτα*, 58. tum haec scribuntur: *ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος*, 59. tum pluribus disputatur:

παῖε, παῖε τὸν πανοῦργον, καὶ ταραξιππόστρατον,
καὶ τελώνην, καὶ φάραγγα, καὶ Χάρυβδιν ἁρπαγῆς,
καὶ πανοῦργον, καὶ πανοῦργον· 60.

Tum alia de se ipse fatetur:

ὦ γέροντες ἡλιασταί, φράτορες τριωβόλου,
οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς καὶ δίκαια κἄδικα. 61.

Tum Chorus haec ei objicit:

ἐν δίκῃ γ', ἐπεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατεσθίεις,
κἀποσυκάζεις πιέζων τοὺς ὑπευθύνους σκοπῶν. 62.

Tum plura ejusdem Chori verba in his leguntur:

ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ καὶ κατακε-
κρᾶκτα, τοῦ σοῦ θράσους
πᾶσα μὲν γῆ πλέα,
πᾶσα δ' ἐκκλησία,
καὶ τέλη, καὶ γραφαί,
καὶ δικαστήρι', ὦ
βορβοροτάραξι καὶ
τὴν πόλιν ἅπασαν ἡ-
μῶν ἀνατετυρβακώς,
ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφηκας βοῶν,
κἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν. 63.

---

56. Ibid. v. 1032. seqq. 57. Equit. v. 45. 58. Ibid. v. 48. 59. Ibid. v. 104. 60. Ibid. v. 247. seqq. 61. Ibid. v. 255. seqq. 62. Ibid. v. 258. seqq. 63. Ibid. v. 303. seqq.

Tum paucis quidem, sed gravissimis contumeliis afficitur:

ἆρα δῆτ᾽ οὐκ ἀπ᾽ ἀρ-
χῆς ἐδήλους ἀναί-
δειαν, ἥπερ μόνη
προστατεῖ ῥητόρων; 64.

Tum haec habes:

σὲ δ᾽ ἐκ Ποτιδαίας ἔχοντ᾽ εὖ οἶδα δέκα τάλαντα. 65.

Adjiciantur haec:

οἴμοι, σὺ δ᾽ οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις; 66.

Addantur alia:

τὴν εἰρήνην ἐξεσκέδασας, τὰς πρεσβείας τ᾽ ἀπελαύνεις. 67.

Tum ita de se praedicat homo nequissimus:

σώζεσθαί σ᾽ ἐκέλευσ᾽ ἱερὸν κύνα καρχαρόδοντα,
ὃς πρὸ σέθεν χάσκων καὶ ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κεκραγὼς
σοὶ μισθὸν παριεῖ· κἂν μὴ δρᾷ ταῦτ᾽, ἀπολεῖται. 68.

Denique haec leguntur:

Φράζευ Ἐρεχθείδη κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν,
ὃς κέρκῳ σαίνων σ᾽, ὁπόταν δειπνῇς, ἐπιτηρῶν,
ἐξέδεταί σου τοὔψον, ὅταν σύ που ἄλλοσε χάσκῃς. 69.

Postremo his versibus finis imponatur imagini Cleonis illustrandae:

Αἰγείδη, φράσσαι κυναλώπεκα, μή σε δολώσῃ,
λαίθαργον, ταχύπουν, δολίαν κερδώ, πολύιδριν. 70.

Quamquam autem reliquae fabulae, quod accurata earum cognitio docere potest, nihil habent, quo definita Cleonis designatio exprimatur, tamen occasio ejus deridendi nullo modo omittitur. Etenim exagitatur tribus Nubium locis;[71] neque Vespae homini nefando parcunt, sed tamen argumentum earum tale est, ut non tam in ipsum Cleonem, quam in eos doctae videantur, qui, illo auctore, belli judiciorumque amore teneantur. Quod si ita instituere poeta voluisset, repetitione usus esset, quam se contemnere ipse his versibus dicit:

---

64. Ibid. v. 322. seqq. 65. Ibid. v. 438. 66. Ibid. v. 464. 67. Ibid. v. 795. 68. Ibid. v. 1017. seqq. 69. Ibid. v. 1030. seqq. 70. Ibid. v. 1067. seqq. 71. Nub. v. 550. 551. conf. v. 590.

κἀγὼ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητὴς οὐ κομῶ,
οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταὔτ' εἰσάγων, 72.
et: οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν. 73.

Qui rem illustrabunt Vesparum loci, hi sunt:

αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει,
ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. 74.
deinde: ουχ οὕτω γε πανοῦργος κλέπτης. 75.
denique: ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν ἐπικείμενος
καί με κακίαις ἔκνισε. κᾆθ' ὅτ' ἀπεδαιρόμην,
οὑκτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγότα θεώμενοι,
οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι,
σκωμμάτιον εἴποτέ τι θλιβόμενος ἐκβαλῶ.
ταῦτα κατιδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα·
εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. 76.

Atque etiam Pacis fabula, habita argumenti ratione, multa continere debet, quae in rem nostram converti possint; est enim illa quidem, de quo supra demonstratum est, omnino ad vitam publicam accommodata, quapropter in eadem Cleonis tanquam hominis popularis mentio fieri potuit. Quod ut probetur, transscribamus hos versus:

ΤΡΥΓΑΙΟΣ.

ἄγε δή, τί δρῶμεν ὦ πόνηρ' ἀνθρώπια;
ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον ἡμῖν ὡς μέγας·
εἴπερ γὰρ ἥξει τὸν ἀλετρίβανον φέρων,
τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.
ἀλλ' ὦ Διόνυσ' ἀπόλοιτο καὶ μὴ 'λθοι φέρων.

ΠΟΛΕΜΟΣ.

οὗτος.

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

τί ἔστιν;

ΠΟΛΕΜΟΣ.

οὐ φέρεις;

ΚΥΔΟΙΜΟΣ.

τὸ δεῖνα γάρ,

72. Ibid. v. 545. seqq. 73. Vesp. v. 62. seqq. 74. Ibid. v. 596. seqq. 75. Ibid. v. 1227. 76. Ibid. v. 1285. seqq.

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος,
ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.
ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
εὖ γ' ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία ποιῶν
ἀπόλωλ' ἐκεῖνος κἂν δέοντι τῇ πόλει.
[ἢ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ἡμῖν ἐγχέαι.] 77.

Quibuscum jungantur:

ἅττ' ἂν οὖν λέγῃς ἐκεῖνον,
κεὶ πανοῦργος ἦν, ὅτ' ἔζη,
καὶ λάλος, καὶ συκοφάντης,
καὶ κύκηθρον, καὶ τάρακτρον. 78.

Quo accedere possunt alii etiam versus, qui hominis notissimi deformitatem exprimant:

καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
περὶ τὴν κεφαλήν, φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
φώκης δ' ὀσμήν, Λαμίας δ' ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου. 79.

Reliquum est, ut Ranarum commemoratio adjiciatur, quarum duo sunt loci iis, quae agimus, accommodati. 80.

Cum multi post Cleonem exstitissent et audaces et vehementes populi defensores, qui sua ipsorum commoda sequi, quam patriam curae habere mallent, poeta se continere non potuit, quin etiam in eos omnia tela conjiceret. Ex eorum numero describit Hyperbolum talem, qui lucri causa bellum continuari jubeat, 81. qui imperiosus sit et litigiosus, 82. ut etiam apud inferos causarum patronum agat, 83. denique, qui lucernis vendendis quaestum faciat. 84.

Proponitur etiam Lamachus, alioqui laude ornatus, quia ambitio et avaritia ducum, quorum partes illius persona sustinet, paci componendae,

---

77. Pac. v. 263. seqq. 78. Ibid. v. 651. seqq. conf. v. 668. 79. Ibid. v. 754. seqq. conf. v. 47. 80. Ran. v. 569. et v. 577. 81. Equit. v. 1362. seqq. Pac. v. 1319. Thesmophor. v. 840. 82. Acharn. v. 846. Nub. v. 623. Pac. v. 681. 83. Ran. v. 570. seqq. 84. Equit. v. 739. et v. 1315. Nub. v. 1065. Pac. v. 690.

quae civitati maxime prosit, adversari putatur. Quocirca poeta non dubitat exagitare eum, quasi populum ad bellum persequendum impellat[85]. atque ipse proeliorum furore incitetur.[86] Sed etiam corporis habitus occasionem dabat, qua ad deridendum Aristophanes uti vellet; ostendit eum tanquam fulgentibus oculis utentem et horrenda galea indutum,[87] deinde splendida et magnifica crista ornatum.[88]

Sed transeamus ad reliqua, ne nimis diu in hac re versari videamur. Est autem alterum genus earum personarum, quae ex publica Atheniensium vita repetuntur, ita institutum, ut certi homines intelligantur, nomina fingantur, moribus eorum admodum exauctis. In quo quam multa insunt, quae ab hominis indole discrepent ad eamque nisi ratione quadam non pertineant! Alia multa omnino eam attingunt atque ad fidem historiae accedunt. Utraque autem ratio artificiose jungitur atque ita miscetur, ut dramatica persona, qualem fabularum conformatio desiderat, fingi possit. Sed quanto magis haec, quam diximus, personarum delineatio excellere arte potest idque, quod instituitur, perfici, tanto frequentius uti ea poeta voluit. Quae omnia quomodo comparata sint, demonstrari potest Phidippidis forma, de qua ita Suevernius explicuit:[89] Des Pheidippides übermäßige Pferdeliebhaberei und damit verknüpfter Aufwand, sein dabei rascher Fortschritt zur Redefertigkeit, zur Liederlichkeit und zu selbstsüchtigem Uebermuthe, und das Verhältniß, worin er zu Sokrates tritt, führen nämlich ohne alles Suchen auf Alkibiades, in welchem der Bund aller jener Züge sich darstellt, an welchem die ganze vornehme Jugend seiner Zeit hing, und dem sie auch in der Folge seine politischen Pläne durchzusetzen behülflich war.

Bei Aristophanes vorherrschender Richtung auf die öffentlichen Angelegenheiten und ihre Wendungen war Alkibiades für diesen eine sehr wichtige Person, welche daher den Lauf seiner Komödie von ihrem ersten Produkte bis beinah zum letzten begleitet.

---

85. Acharn. v. 270. 86. Pac. v. 304. 473. 1292. 87. Acharn. v. 568. 575.
88. Ran. v. 1039. Acharn. v. 576. 578. 591. 960. 965. 1071. 1115. 1133. 1206.
89. Ueber Aristophanes Wolken, von J. W. Süvern. S. 33. 34.

Schon in den *Δαιταλεῖς* hatte Aristophanes den Alkibiades, wie oben gezeigt worden, mit Personen in Verbindung gestellt, von denen in den zügellosen und liederlichen (*ἀκόλαστος καὶ καταπύγων*) Jüngling Elemente seiner Sitten und seiner Bildung übergegangen waren, uud ihn dadurch als einen dieses Schlages bezeichnet.

In den Acharnern wird Alkibiades so deutlich und entschieden, wie nur möglich, jenen zungenfertigen Jünglingen, welche die Alten in Gerichtshändeln drücken (V. 680 sq.) und die da, wie es in den Wolken V. 1018 heißt, hatten

γλῶτταν μεγάλην, πυγὴν μικρὰν,
κωλῆν μεγάλην, ψήφισμα μακρὸν,

beigezählt vom Chore der Greise, nach deren Vorschlage V. 715 sq. künftig den Alten vor Gericht entgegen reden soll auch ein Alter,

τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος καὶ λάλος χὠ Κλεινίου.

Dieß greift in die gesammte Tendenz der Wolken und zieht den Alkibiades mit in dieselbe hinein als redefertig und liederlich, als Frucht jener Schule, der er als Liebling des Sokrates entsprungen zu sein schien, kurz als Vorbild des Pheidippides, wenn gleich nicht alle diesem letztern beigelegten Züge in ihm individuell aufgesucht werden dürfen, und er gleich nirgends in den Wolken genannt ist. Ueberdem weiset die angebliche Abkunft des Pheidippides, dessen Mutter nach V. 46 die Brudertochter eines Megakles sein soll, die mehrmalige Erwähnung dieses seines Oheims (V. 70. 124. 825) und seine Abstammung von einer altberühmten Ahnfrau *Κοισύρα* noch insbesondere sehr bestimmt auf Alkibiades hin, dessen Mutter Deinomache selbst eine Tochter des Megakles war, und von deren Geschlechte, den Alkmaioniden, in welches eben jene Koisyra gehörte, er die demselben eigne Vorliebe für einen guten Marstall geerbt hatte, die sich auch in der Sorge der Mutter des Pheidippides, daß nur in seinem Namen ja nichts von *ἵππος* fehlen mögte, — wie dieß denn selbst im Namen der Gattinn des Alkibiades *Ἱππαρέτη*, der Tochter des Hipponikos, nicht mangelte — kund gibt. Durch alle diese Umstände wurden die Athenienser bei der Rolle des Pheidippides unfehlbar auf Alkibiades hingelenkt u. s. w.

Nec dubium est, quin idem de Strepsiadis ingenio dici possit, quod multa et historica et poetice ficta amplificataque contineat. Est enim illud

quidem ita expressum, quemadmodum idem vir doctissimus luculente ostendit,[90] ut personam gerat priscae aetatis, quae, deposita vita rustica eademque sobria, junctis matrimoniis nobilibus, solutiore filiorum vita indeque contracto aere alieno ortisque causis, omnino autem rhetorum disciplina sophistarum more instituta suum ipsius exitium comparare videatur. Quae cum ita sint, Strepsiadis nomen explicatur, quasi significet hominem, qui ad res malas conversus sit jurique perverse interpretando studeat. Habemus etiam aliarum fabularum personas, quae ad hoc genus pertinent, quaeque aetatis rationem aut populi naturam exprimunt, in quo priscum sit robur, sed mistum infirmitate quadam; adjicerem earum mentionem, nisi metuerem, ne disputatio nostra justo latior fieret. Sed tamen non alienum a consilio putavi fore, si congessissem locos, in quibus poeta civium mores depingere voluit, ut aperta eorum imago praeberetur. Ut id, quod volumus, nonnullis exemplis eluceat: in Acharnensibus tales Athenienses dicuntur, qui homines a virtute alienos magni faciant,[91] aliis versibus vocantur *ἀνδράρια μοχθηρά, παρακεκομμένα, ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παράξενα;*[92] tum urbs vituperatur, quod senes, qui de civitate optime meruerint, praemiis non afficiat atque patiatur, ut juvenes, qui dicendi arti studuerint, senectutem irrideant.[93] In Equitum fabula populus sub Demi nomine reprehenditur, quasi sit *ἄγροικος ὀργὴν, κυαμοτρὼξ, ἀκράχολος, Δῆμος πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον ὑπόκωφον;*[94] deinde poeta non veretur fateri eum, qui infimo loco natus sit et temeritate aliisque rebus contemnendis ducatur, ad summos dignitatis gradus ascendere;[95] tum haec leguntur:

ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ
ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους,
ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν.[96]

antiqui Athenienses dicuntur fortiter pugnasse, juniores nisi praemiis propositis proelia recusare et abnuere;[97] tum haec scripta sunt:

ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ
θωπευόμενός τε χαί-

---

90. Dieselbe Abhandlung, S. 31. 91. Acharn. v. 79. seqq. 92. Ibid. v. 516. seqq. 93. Ibid. v. 676. seqq. 94. Equit. v. 40. seqq. 95. Ibid. v. 180. conf. v. 217. 96. Ibid. v. 191. seqq. 97. Ibid. v. 574. seqq.

ρεις κἀξαπατώμενος
πρὸς τόν τε λέγοντ' ἀεὶ
κέχηνας· ὁ νοῦς δέ σου
παρὼν ἀποδημεῖ. 98.

Denique populo objicitur, quod ante eos, qui naves instrui ornarique jubeant, oratores habeat, judicandi praemia pollicentes. [99] Tres autem ex Nubibus loci advertendi sunt, quorum uno antiqua educandi ratio collaudatur, nova multis contumeliis afficitur, [100] altero eorum, qui audiant, stupor ac dementia significatur, [101] tertio cives eo tantum a gallis differre dicuntur, quod hi quidem plebiscita scribere nesciant. [102] In Vespis poetae videntur ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα, βακτηρίας ἔχοντα καὶ τριβώνια. 103. Tum boni cives ebrietate laborare dicuntur; [104] omnes judiciorum desiderio tenentur ac querimonias effundunt, nisi primum in ipsis locum obtinent, [105] omnes controversi sunt. [106] Exagitantur impensae, quas judicum stipendia afferant. [107] Prisca aetas laudibus effertur, cum nova propter mores effeminatos odio persequenda sit. [108] Tres Pacis loci Atheniensium vitia significant, duo belli cupiditatem eis objiciunt, [109] tertius exagitat eorum furta, qui circa theatra tumultuentur. [110] Maxime autem Avium fabula, in qua veterum grammaticorum judicio mala civitatis conditio objurgatur, multos continet locos, qui huc pertineant; lege prae ceteris, quo per totam vitam in judiciis versari Athenienses dicuntur, [111] quo populi insidiatores notantur [112] et judicum multitudo, [113] quo plura civium vitia graviter deridentur, in quibus sunt ignavia, proditio, alia ejusmodi. [114] Ex Thesmophoriazusis unus est locus memorandus, qui avaritiae et largitionis voluntatem carpit. [115] In Ranis choragus multos ab orbe saltatorio abesse jubet, qui criminibus, quae enumerantur, patriae injuriam fecerint; [116] idem choragus haec effatur:

98. Ibid. v. 1115. seqq. conf. v. 1343. 99. Ibid. v. 1351. 100. Nub. v. 961. seqq. 101. Ibid. v. 1201. seqq. 102. Ibid. v. 1427. 103. Vesp. v. 31. 104. Ibid. v. 80. 105. Ibid. v. 88. conf. v. 621. 106. Ibid. v. 505. 107. Ibid. v. 660. conf. v. 669. 108. Ibid. v. 1060. conf. v. 1090. 109. Pac. v. 204. conf. v. 441. 110. Ibid. v. 731. 111. Av. v. 41. 112. Ibid. v. 68. conf. v. 1414. seqq. et v. 1694. 113. Ibid. v. 109. 114. Ibid. v. 757. conf. v. 1032. 1110. 1283. 1457. 1488. 115. Thesmophor. v. 936. seqq. 116. Ran. v. 359.

πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
ταὐτὸν ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς
ἔς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις,
ἀλλὰ καλλίστοις ἁπάντων, ὡς δοκεῖ, νομισμάτων,
καὶ μόμοις ὀρθῶς κοπεῖσι καὶ κεκωδωνισμένοις
ἔν τε τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ,
χρώμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις.
χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι, τῷ κακίστῳ κόμματι,
τῶν πολιτῶν θ' οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς,
καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ,
προυσελοῦμεν, τοῖς δὲ χαλκοῖς καὶ ξένοις καὶ πυῤῥίαις
καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν εἰς ἅπαντα χρώμεθα. [117]

Euripides inducitur loquens, patriam ex calamitatibus ereptam iri, si eis civibus, quibus fides habita sit, diffidatur, iique, quos urbs negligere coeperit, ad res gerendas adhibeantur; [118] denique Athenienses vituperantur, quod sint in omnibus consiliis praecipites. [119] Postremo Ecclesiazusae id, quod cives constituerint, ebriorum ac vecordium hominum consiliis simile profitentur; [120] urbs malis hominibus uti dicitur, qui res publicas gerant; [121] omnes id potissimum sequuntur, quo se aliquid comparare posse confidant, salute publica neglecta; [122] plerique novis semper ducibus uti volunt; [123] litium intermissio multos ad calamitatem depellit. [124]

Restat, ut dicatur, veterem comoediam homines nonnunquam leviter attingere, ut verbo describantur, sed tamen ingenium moresque eorum omnino perspicua sint. Omnino autem qui principis personam tuebatur in civitate, aut vitae publicae privataeque vitiis obstrictus tenebatur, quae venissent in sermonem hominum, aut studio quodam maxime ducebatur, denique levitatem quandam prae se ferebat, is perpeti debuit, ut improviso perstringeretur. Sunt etiam inter eos, qui ita exagitantur, non-

117. Ibid. v. 717. seqq. 118. Ibid. v. 1446. conf. v. 1456. 119. Ibid. v. 1502. 120. Ecclesiaz. v. 137. 121. Ibid. v. 176. conf. v. 196. 396. 122. Ibid. v. 205. conf. v. 304. 760. 123. Ibid. v. 220. 124. Ibid. v. 658.

nulli, qui corporis infirmitate quadam innotescerent, oculorum lippitudine, colli longitudine, calvitio, celeriter currendo aliisque rebus hujusce modi. Nec tamen ignorari velim, multa, quae hujus generis in comoediis inveniantur, tanquam extremas picturae lineas, ita esse inserta, ut qui audirent delectarentur, omni publicae vitae ratione sublata. Qui maxime deridebantur, eorum nomina apponam, omissis locis, qui eos attingunt; omnes enim, quos congesseram, locos afferre longum admodum mihi videbatur. Nomina haec sunt: Cleonymus,[125] Aeschines, Agyrrhius, Aesymus, Amynias, Amyno, Antipho, Antisthenes, Archedemus, Ariphrades, Arignotus, Aristillus, Callias, Cephalus, Cephisopho, Cleocritus, Cleopho, Cligenes, Clisthenes, Cynna, Demostratus, Diitrastes, Diopeithes, Epicrates, Epicurus, Epigonus, Eryxis, Eucrates, Euphemius, Execestides, Geres, Claucetas, Hipparchides, Lampo, Leogoras, Leotrochides, Leucolophas, Lysicles, Lysicrates, Lysistratus, Melantius, Meto, Morychus, Myronides, Nausicydes, Neoclides, Nicias, Opuntius, Panaetius, Patroclides, Pentacles, Pericles, Philemo, Philocrates, Phoenippus, Pisander, Pronomus, Proxenides, Salabaccha, Simo, Stilbides, Spintarus, Sporgitus, Strato, Teleas, Teramenes, Tharraclides, Theagenes, Theodorus, Theophanes, Theomantis, Theorus, Theoricio, Timo, Tisamenes, Thrasybulus.

b.) Quod secundum exprimitur in Aristophanis comoediis oppositum, id ad philosophiam artemque pertinet, ut philosophi avari et mendaces, mali dramatici et immodesti dithyrambici non sine veritatis superlatione proponantur. Ex fabularum numero huc referendae sunt Nubes, Thesmophoriazusae, Ranae. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod admiratione dignissimum videatur. Est enim omnino tenendum, quantum doctrinae artisque desideretur, si poeta comicus res subtiliores, quae vitam communem excedant, per fabulas tractate velit. Neque minus quaestio oritur, quomodo fieri potuerit, ut ii, qui audirent, poetae ingenium omnino assequerentur, quod in tenuiter disputando, leniter alludendo atque molli

---

125. Acharn. v. 88. 844. Equit. v. 957. 1294. Nub. v. 354. 400. 673. Vesp. v. 19. Pac. v. 446. 673. 678. Av. 290. 1475.

personarum delineatione cernatur. Sed erant illi quidem homines humanitate politi, qui non modo id, quod tragici aliique poetae perfecissent, memoria complecterentur, verum etiam omnem poesis naturam percepissent; omisso, quod civitatis administrationem cognoverant easque, quae in rebus publicis obtinere solent, rationes. Quid autem ipse Aristophanes de auditorum ingeniis judicaverit, satis perspicuum fore arbitror, si nonnullos fabularum locos comparaverimus, quorum hi potissimum tenendi sunt:

τὸ γὰρ θέατρον δεξιόν. 126.

deinde: ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν
τοῖς ἀναπαίστοις
ὦ παντοίας ἤδη Μούσης
πειραθέντες καθ' ἑαυτούς. 127.

tum: νῦν μὲν τὰ μέλλοντ' εὖ λέγε-
σθαι μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶζ'
εὐλαβεῖσθε.
τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν
ἔστι πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν. 128.

denique: εἰ δὲ τοῦτο καταφοβεῖσθον, μή τις ἀμαθία προσῇ
τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ
λεπτὰ μὴ γνῶναι λεγόντοιν,
μηδὲν ὀῤῥωδεῖτε τοῦθ'. ὡς οὐκ ἔθ' οὕτω ταῦτ' ἔχει.
ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι,
βιβλίον τ' ἔχων ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιά;
αἱ φύσεις τ' ἄλλως κράτισται,
νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται.
μηδὲν οὖν δείσητον, ἀλλὰ
πάντ' ἐπέξιτον, θεατῶν γ' οὕνεχ', ὡς ὄντων σοφῶν. 129.

Sed jam ad instituta pergamus, ut demonstretur, qualis sit personarum descriptio, quae ad philosophiam artemque pertineant. Quod volumus, ut assequi possimus, conferamus nos ad eam, quae in Nubibus continetur, Socratis personam, quae quidem ita formata est, ut omnino digna sit, cui omnem diligentiam adhibeamus. Quam quidem personam qui recte intel-

126. Equit. v. 233. 127. Ibid. v. 503. seqq. 128. Vesp. v. 1012. seqq. 129. Ran. v. 1109. seqq.

ligere volent, nullo modo debebunt opinionem mente jam comprehendisse de philosophiae principe, qualem et Xenophon et Plato exprimere non dubitarunt. Eorum enim ille ita eum effingere studet, ut doctor popularis habeatur, cujus utilitas in universos redundet, et homo, qui summa honestatis laude excellat; Plato autem eandem personam longe aliam fecit, informavit enim talem, qui rerum naturam diligentissime investigaret ac quaereret, quid in philosophia pro vero haberi possit, ut ipse philosophis illius aetatis opponatur. Quamquam autem antiquae comoediae natura ita ferebat, ut etiam philosophi deriderentur, quod et Cratetis et Eupolidis exemplo probari potest, quorum ille Hipponem, hic Socratem vehementer laeserat: tamen miramur, quid sit, quod Aristophanes hominem carpere voluerit, qui primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse videatur, [130.] ut recte eam devocasse e coelo, et in urbibus collocasse, et in domos etiam introduxisse, et coegisse de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere putetur. [131.] Summum enim omnis philosophiae duxit, ut viam monstraret, qua homo id, quod naturam suam maxime attingeret, et cognoscere et perficere posset, [132.] non sublato deorum cultu, quem omnino servandum esse arbitrabatur. [133.] Omnium autem artium, quibus animus hominis ornari posset, nullam utiliorem ajebat esse, nullam difficiliorem, quam eam, qua nosmet ipsos nosceremus, ad quam colendam ipsum Apollinem cohortari. [134.] Quae breviter disputata satis docebunt, quam multum differat philosophus a Xenophonte et Platone descriptus ab Aristophaneo, qualis in Nubibus exagitatur; quare multi jure quaesiverunt, quemadmodum supra dixi, quid poetam commovere potuerit, ut Socratis nomine atque imagine uteretur, cum praesertim plebis multitudo vera cum falsis miscere soleat. Quicquid est, quod de poetae consilio judicemus, non assenserim Hermanni sententiae, qui in Nubium editione ita praefatus est: [135.] Quod si quis miretur, quid

130. Cic. Academ. Quaest. I, 4. 131. Id. Tusculan. Quaest. V, 4. 132. Xenoph. Memorab. I, 1. IV, 7. 133. Id. I. 1. I, 3. IV. 3. 134. Id. IV. 2.
135. Aristophanis Nubes cum Scholiis recens. G. Hermannus. Lips. 1799. pag. XXXI. XXXII.

sit, quod Socrates, homo omnium longe mortalium innocentissimus, eo tempore, ubi nondum cujusquam invidiae videtur obnoxius fuisse, non solum ab Aristophane, sed etiam ab Eupolide et Amipsia fuerit lacessitus, ut scholiastes ad v. 97. et 180. et Diogenes Laertius II. 28. observarunt, facile, puto, unusquisque, qui antiquae Graecorum comoediae morem noverit, id non odio, sed sola ridendi libidine factum existimabit. Haec enim fuit poetarum veteris comoediae consuetudo et libertas, ut non modo, quo quisque vellet, studia populi impelleret, unde autem vellet, deduceret, sed etiam ut, quidquid in quoque ridiculum inveniretur, id oblectationis tantum causa, sine ulla acerbitatis suspicione in scena notaret. In quo genere largam ridendi materiam suppeditabat Socrates, qui propter morum vitaeque insolentiam notus esset omnibus, quum neque sapientiae speciem captaret, nec sectam parare sibi studeret, neque recondita quaedam atque arcana docere se simularet, nec mercedem doctrinae exigeret, sed vulgo ubique conspiceretur, in opificum tabernis disputaret, nihil se scire contenderet, in magna paupertate divitias contemneret, pedibus nudis semper incederet, in publica via totas horas, imo totos dies meditabundus, quasi animo abalienato, staret omninoque sibi ipsi sapere, quam aliis placere mallet. Inde factum est, ut Aristophanes, quum vellet philosophos irridere, nulla re magis placituram putaret fabulam suam, quam si illi partes philosophorum tribueret, qui, etsi a philosophorum moribus alienissimus esset, tamen, quum haberetur philosophus, vel sola personae specie risum spectatoibus commovere posset. Neque magis sentiam cum eis, qui poetam inimicitiis commotum esse voluerunt, ut nobilissimum philosophum in fabula proponeret. Ne ita statuatur, hilaritas illa et suavitas prohibet, quae in dramate omnino perspicitur, et artificiosa compositio. Sed tamen a vero aberrasse non videbimur, si nonnullas utriusque simultates fuisse judicaverimus; in summis enim vitae finibus, quod est gravis-

simum, omnino inter se dissentiebant, quoniam alter ad vitam publicam se accommodabat sequebaturque ea, quae civitati prodesse viderentur, alter in eo omne studium operamque ponebat, ut virtutem coleret omniaque, quae ad bene beateque vivendum pertineant, cognosceret. Atque etiam dissidere inter se potuerunt, quod Aristophanes odio Euripidis flagrabat, cujus Sophronisci filius amantissimus fuisse traditur. Habemus enim testimonia, plurimi eum fecisse Euripidis fabulas, quae morum praecepta sapientiaeque commendationem continerent. Quis est autem, cui non perspicua sint illa, quae pluribus verbis a nobis commemorantur? Sed minus etiam audiendi sunt, qui poetam pretio et mercede ductum, quam ab Anyto et Mileto acceperit, causam capitis praeparasse opinati sunt, cum temporis ratio, quo fabula docta est et accusatio instituta, illam sententiam probari non patiatur.[136] Quid autem judicandum sit de Wielandii sententia, qui Aristophanem furentem audacia putavit in philosophum fecisse impetum, facile appareat, neque digna est, quam refellamus. Sed aliud quoddam poetae consilium probari poterit, quod in deridendo secutus sit, deque hoc dicere aggrediar, si pauca prius dixero de iis, quae alii senserint. Sunt enim nonnulli, qui non Socratem, sed omnino Sophistas exagitatos esse voluerunt, quique negarunt, philosophum illum, cum adolescens esset, eundem fuisse, qui aetate provectior perhibeatur, cum animi gloria omnium admirationem faceret. Quo philosophiae principes, antiqui Physici, occupati fuerint, rerum naturae studio illum quoque juvenem operam dedisse contendunt, praesertim cum Anaxagora praeceptore uteretur, atque etiam in re publica versatum esse, sed postea demum ad morum disciplinam se applicasse, cum publicorum hominum educationem inutilem fore intellexisset.[137] Insuper alii non omittendum existimarunt, fieri non posse, ut Socrates, cum admodum adolescens esset, plane singulari virtute excelluerit, cum ad voluptates perfruendas propensior esset;[138] addito, quod is a prima aetate factionis studio atque laudis honorisque

---

136. Ueber Aristophanes Wolken, von J. W. Süvern, S. 19. 137. Aristophanes Wolken, übersetzt von F. G. Welcker. Anmerkungen, S. 210. 138. Die alte komische Bühne in Athen, dargestellt von P. F. Kanngiesser, S. 510.

cupiditate flagrarit, ut etiam rhetorum disciplinam, qualis Sophistarum more institueretur, exercere voluerit;[139] omnes eos, qui veteres consuetudines mutaverint, primum studiose eas secutos esse posteaque eo majore vi refellere potuisse, quo diligentius se ad easdem antea accommodaverint, ideoque Socratem illius aetatis philosophos, qui dicerentur, eo vicisse maxime, quod eorum artium peritissimus fuerit. Reliquum est, ut etiam de Roetscheri opinione dicatur, qui ita sentire non dubitavit, quasi ipse Socrates in Nubium fabula lacessitus sit; videtur enim illi Sophronisci filius eandem rationem, quam Sophistae, suscepisse, quae in cogitatione ab ipso hominis animo repetenda eaque quae in rebus comprobatis non acquiesceret, sed rerum causas indagaret, constitisse putanda sit. Esse igitur Socratem eum habendum, qui ipse implicitus fuerit argutando atque personam sustinuerit illius rationis; nec dubium esse, quin jure homo in scenam productus sit, cujus opera et patrii mores et civitatis administratio labefactarentur. Sed non est, quod haereamus in eis, quae modo laudavimus; habemus enim, quem sequamur ducem in judicio nostro; est Suevernius, prudentissimus homo, qui ita disputavit:[140] Die erstere Meinung beruht auf der irrigen Ansicht, es sey in den Wolken nicht sowohl der Angriff auf ein Princip, als ein persönlicher, beabsichtigt, und auf der schon oben berührten unstatthaften Voraussetzung, als ob ein Komiker bei einem solchen persönlichen Angriffe eine andere Person habe vorstellen oder andeuten, eine andere aber darunter verstehen und eine gleiche Sonderung des Vorgestellten von dem wirklich Gemeinten auch seinem Publikum habe ansinnen können.

Was die andere Behauptung betrifft, so entnimmt sie ihre Grundlage aus der Geschichte der Philosophie, deren Kennern aber auch die nähere Prüfung derselben anheimfällt. Quibus haec addantur:[141] Es wird daher das Verhältniß vielmehr so zu fassen seyn, daß der Athenienser Sokrates, indem er, der eingedrungenen fremden Weisheit gegenüber, seine ganze Thätigkeit darauf richtete, das Denken von subjectiven Speculationen zurückzuziehen, das Handeln zufälligen und willkürlichen

139. Id. ibid. pag. 511. 140. Ueber Aristophanes Wolken, von J. W. Süvern, S. 71.
141. Dieselbe Abhandlung, S. 15.

Triebfedern zu entreißen und durch das Bewußtseyn des Wozu? und daraus des Wie? der Handlungen, welches er ἐπιστήμη und σοφία nannte — eine Benennung, womit er sich als einen der Diadochen solonischer Politik scheint haben ankündigen zu wollen — Tüchtigkeit für jedes Geschäft des Lebens, oder ἀρετή in denen, welche sich ihm näherten, hervorzubringen, in Ansehung des Warum? oder der allgemeinen Gründe des Handelns aber immer auf göttliches und menschliches Recht, Ordnung und Sitte zurückkam und verwies. Exstitit autem, quem Suevernius exspectavit, historiarum doctus et intelligens existimator, Brandisius, eximius vir, qui opinionem modo laudatam refutaret [142]. atque Socratis Sophistarumque doctrinam, qualis esse videretur, optime exponeret: [143]. So wenig aber ohne Verkennung des wesentlichen historischen Zusammenhangs Sokratische und Platonische Lehre einander entgegengestellt werden können, eben so wenig läßt sich ohne augenscheinliche Ungerechtigkeit Sokrates den Sophisten, als mit ihnen ein und demselben Boden angehörig, gleichstellen. Das Wissen und Sein beschränken die Sophisten auf Empfindung, Sokrates setzt es ins Denken; ihnen ist daher alles und nichts wißbar und real, ihm wißbar und real, was in der Selbstbesinnung sich als sittlicher Zweck ergibt; für sie ist das scheinbar Reale und Wißbare ein nicht bloß für verschiedene Subjecte Verschiedenes, sondern continuirlich Fließendes, für ihn das bei aller Verschiedenheit der Individualität und bei allem Wechsel der Empfindung Identische; ihnen ist Allgemeingültigkeit von Formal-, wie Realprinzipien eine Thorheit, ihm in und mit dem Selbstbewußtsein über allen Zweifel erhaben; ihnen sind die Bestimmungen der Tugend und Sitte das Produkt der Willkür, ihm durch Natur und Gottheit bestimmt; sie halten den Glauben an die Gottheit für die listige Erfindung schlauer Priester und Gesetzgeber, ihm ist er Bestandtheil des unerschütterlich festen Wissens; ihre Kunst ist darauf gerichtet, Gut und Böse, Recht und Unrecht gleich zu setzen, um die sinnlichen Gelüste ungestraft zu nähren und wachsen zu lassen; die seinige, das Gute vom Bösen, das Recht vom Unrecht so zu sondern, daß alle Vermittelungsversuche aufgehoben und alle Gelüste dem Guten und Rechten absolut untergeordnet werden. Es muß daher durchaus geläugnet werden, daß Sokrates eben so wenig, als die Sophisten ein höchstes und

142. Rheinisches Museum, zweiter Jahrgang, erstes Heft, S. 85. ff.
143. Id. ibid. pag. 102. 103.

letztes Bindendes und Regelndes für das Denken und Handeln anerkannt habe: er erkannte es vielmehr aufs entschiedenste an, der Form nach, in bestimmten Verfahrungsweisen des vermittelnden Denkens, dem Stoffe nach, in dem sittlichen Wissen und dem Bewußtsein von der Gottheit.

Sed ut revertamur, unde digressa est oratio, quaerendum omnino est, quae et qualis sit Socratis persona; quod aggrediemur, si paucis dixerimus, quid movere poetam potuerit, ut Socratis nomine atque imagine uteretur. Nec vero, quod propositum est, consequi potuerimus, nisi explicatum erit, quomodo ipse poeta de rebus publicis judicaverit quidque in civitate sequi voluerit. Est autem extra omne dubium positum, quin cives Athenarum eo tempore, quo bellum illud atrocissimum exardesceret, multum a patribus differrent, id quod poetae ingenium fugere non potuit. Quaecunque a majoribus tradita erant, leges institutaque et exempla, ea nonnulli anni everterant, ut et civitatis administratores, eum omnia sibi concessa putarent, ad superbiae insaniam abripi se paterentur, et homines privati illos sequuti omnia deponerent, quae natura societasque injungerent. Ex quo efficiebatur, ut omnes animi perturbationes excitarentur, quique in rem publicam exitium effunderent, fontes aperirentur. Haec autem mala quum bene poeta perspexisset atque ex uno fonte repeti oportere vidisset in seculi perversitate sito, quam Sophistarum doctrina ad puerorum educationem accommodata faceret: animo conniti voluit, ut sibi non defuisse videretur nihilque praetermitteret, quo rei publicae damno occurri posset. Optime autem in eo, quod sequebatur, adjuvari potuit antiquae comoediae natura, quae ad priscos civium mores se applicaret omniaque aversaretur, quae novi speciem haberent. Induxit igitur pravos illos, quos significavimus, aetatis mores per Socratis personam, cum vitae ejus ratio, quae prorsus singularis esset, aptissima derisui videretur, tum omnis occupatio docendique via multa contineret, quae ad Physicorum Sophistarumque morem accederent. Ita fieri potuit, ut philosophi persona, qualis formata est, quamvis et sua et aliena complecteretur, tamen optime magistrum exprimeret scholae, ex qua omne juventutis malum duci posset. In quo si consideramus, poetam omni modo populi animos commovere voluisse,

quo facilius malae consuetudini resistere posset, res bene insituta videbitur. Quod est gravissimum, huc addi debet, Socratem cum multis conjunctissime vixisse, qui aut Physici essent, aut Sophistae, aut societatem in impugnata aetatis ratione haberent, ut, quod in Socratem tanquam auctorem atque principem diceretur, ex his firmari augerique posset. Ex quo intelligitur, quod omnino tenendum est in judicio nostro: neque enim verum hominem in philosophi persona aggredi poeta voluit, sed temporis naturam, quam eo magis ridiculam ineptamque exagitare potuit, quo magis operam dedit, ut imaginem adumbraret ad animale exemplum omnino pertinentem. Nec vero omnia ex vitae ratione formari potuerunt; multa in illius personae delineatione inesse debebant, quae veritatem excederent, ut artificiosa fieret compositio, atque majore vi omnia exprimerentur. Pertinet autem temporis ratio, quam saepius diximus, ad litium agendarum cupiditatem aeris alieni magnitudine excitatam, quae pabulum disciplinae sophisticae esset indeque nascentis eloquentiae. Quam perniciosa autem fuerit omnis haec aetatis imprudentia, jam ex eo apparet, quod plerique juvenes, nova disciplina lucri causa quaesita, belli munera deponerent itaque molles effeminatique redderentur; quo accedere debet vitae publicae privataeque calamitas, quae ex nova puerorum educatione surgere potuit. Quae hucusque disputata sunt, ea nonnihil lucis explicandae Socratis personae afferre videbuntur. Neque enim mirum esse debebit, quid sit, quod poeta multa in eam contulerit, quae Sophistarum propria fuisse dicantur. Etenim cum causam publicae pestis, qua universa juventus laboraret, in rhetorum schola positam arbitraretur neque dubitaret sedem ejus φροντιστήριον proponere, facile perduci potuit, ut in scholae magistro, qualis Socrates inducitur, multa colligeret, quae ipsius scholae propria essent, conjuncta cum iis, quae Socratis naturam attingerent. Quam multa autem comica Socratis persona contineat, quae ad ipsum philosophum omnino pertineant, aut similitudine quadam dicantur et deridendi causa exaugeantur, ejus rei explanatione supersedere possum, quoniam vir ingeniosissimus Suevernius, omni quaestione soluta, nihil reliquit, quod merito adjiciatur.[144] Quem-

144. Ueber Aristoph. Wolken, S. 3 ff. conf. F. G. Welcker, Anmerk. z. d. Wolken, S. 200.

admodum omnes nostri poetae fabulae ad publicam Atheniensium vitam pertineant, supra indicavimus, neque opus est, ut aliorum sententiam sequamur, qui Ranarum fabulam ex hoc numero excipiendam putaverint. Est enim ipsa quoque ad idem genus referenda, quoniam poesis corruptelam et malam dicendi rationem traducere voluit, id quod rei publicae statum omnino spectat. Quicquid est, quod de argumento fabulae existimetur, est illud quidem ita institutum, ut poesis judicium contineat et gravissimum et copiosissimum. Sin vero complectimur, quodcumque in Euripidem dictum legimus: eo refertur, ut is speciem artis animo informatam dimiserit atque ad vitae consuetudines moresque descenderit, qui omnino depravati essent. Quae si accurate copioseque expendere volumus, comparatis fabulae locis, hanc fere ejus imaginem habebimus, qua quod poeta voluit facile intelligatur. Dicitur enim pietatem erga deos deposuisse omniaque divina pro nihilo habuisse,[145] in dicendo vero argutiis operam dedisse, ut non nisi oratione ad persuadendum accommodata uteretur atque artificiosis frigidisque verborum juncturis.[146] Idem rerum publicarum peritus fuisse traditur, sed argutandi modo singulorum civium dominationem fovisse ac praecipue juvenes effeminasse, quos a belli studio ad luxuriam avocaverit, fractis pudicitiae claustris vitiisque commendatis.[147] Neque minus graviter reprehenditur, quod eversa poesis dignitate nihil aliud sequi voluerit, nisi quod ingenia acuere molrioresque sensus excitare posset; tum quod fabularum conformationem, quae ad artem accederet, plane omiserit, usus nimia prologorum simplicitate et argumentorum inanitate; denique quod homines infimae conditionis et fortunae in scenam introduxerit, claudos, mendicos, pannosos, alios ejusdem generis.[148] Omnino autem qui Euripidis personam, qualis adumbrata est, recte intelligere volunt, hoc maxime tenebunt, plurima ad veritatem expressa esse, alia in majus elata, ut, quae cogitasset poeta, perfici possent.

145. Lege praeter Ranarum locos Thesmophor. v. 450. conf. v. 272. 146. Acharn. v. 396. 398. 447. Nub. v. 922. Pac. v. 533. Thesmophor. v. 173. 770. 848. 855. 147. Lysistr. v. 368. Thesmophor. v. 390. 399. 546. 148. Acharn. v. 411. seqq. 432. seqq. Pac. v. 146. seqq.

Studebat enim totaque mente in id incumbebat, ut, quae prava de poesi nonnulli sentirent, exagitaret omni modo. Sed eo melius, quod vellet, se assequi posse confidebat, si quae totius aetatis perversitas esset, eam in unius hominis persona ridendam repraesentaret oculisque objiceret. Quod autem Euripidem delegit, omnino comprobandum est, quoniam is aptissimus haberi potuit, in quo aetatis vitia exprimerentur. Quis est enim, quem fugiat, istum poetam gratia multum valuisse apud cives suos et conjunctissimum fuisse cum iis, qui Sophistarum argutias sectarentur? Quibuscum quanta ejus fuerit cognatio, cum ex sermonis natura, quem ad rhetorum morem componeret, tum suspensis cogitationibus facile efficitur, quibus se usum esse ipse fatetur in Alcestis versu quodam, ut quaeri non debeat, quid sit, quod pensilis in Acharnensibus inducatur. Quod autem jam multi monuerunt, verbo attingere volui, ne nimium a proposito aberrasse viderer: Socratis et Euripidis personas, quales fingantur, miram inter se similitudinem habere, ut facili opera multi loci ex Ranis Nubibusque petendi afferri possent, quibus illa conjunctio probaretur. Transeamus ad reliqua.

Sed quoniam alii multi et leviter eruditi et parum intelligentes poeticae dignitatis exstiterant, qui aut mali dramatici, aut immodesti dithyrambici aetatis depravationem circumferrent: Aristophanes sibi temperare non potuit, quin eos quoque omni modo lacesseret eorumque imagines ante oculos poneret. Hoc modo describuntur Hieronymus, qui, cum ingenii facultatibus careret, dicendi et inveniendi insolentia valere voluit; [149.] Antimachus, [150.] Carcinus, [151.] Philocles, qui propter artis inopiam carminum acerbitati studebat, [152.] Morsimus, ineptus tragoediarum scriptor, [153.] Melantius, [154.] poeta dithyrambicus quidam, [155.] Agatho, muliebris et dulciculus, [156.] Xenocles jejunus, [157.] Jopho verbosus et frigidus. [158.] Tragici omnino ita significantur: [159.]

149. Acharn. v. 389. conf. Nub. v. 349. 150. Acharn. v. 1150. seqq. 151. Nub. v. 1261. conf. Pac. v. 782. 795. 152. Vesp. v. 462. conf. Av. v. 283. 153. Pac. v. 804. conf. Ran. v. 151. 154. Pac. v. 805. 1009. 155. Av. v. 913. 929. 938. 950. 156. Thesmophor. v. 29. seqq. 157. Ibid. v. 441. 158. Ran. v. 78. 159. Ibid. v. 92. seqq.

ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα,
χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης,
ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον λάβῃ
ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.

Cinesias tumidus,[160]. Diagoras inflammatione animi carens.[161].

Sed ne in errorem inducamur, omnino videndum est, quid de Aristophanis judicio statuatur, quo reliquos generis sui poetas insectari studuerit. Quid autem dicendum sit, facile appareat, si consideraverimus comicorum licentiam, qui, ut consequerentur, quod vellent, de fama aliorum detraherent atque studerent multitudinis gratiam aucupari. Habemus igitur vera et falsa inter se mista, sed nostri poetae ingenio credimus, rectius eum judicasse, quam multos alios, qui in eadem re occupati fuerint. Qui lacessuntur, sunt: Crates,[162]. Magnes,[163]. Cratinus,[164]. Eupolis,[165]. Hermippus,[166]. Phrynichus,[167]. Lycis,[168]. Amipsias,[169]. Stratis, alii plures.

c.) Tertium autem, quod ab Aristophane opponitur, ad honestatem pertinet et deorum et hominum, ut omnia, quae animi imbecillitatem prodant aut commotionem, ridenda proponantur, atque etiam fabulae de diis traditae mire detorqueantur. Sed non est, quod dubitemus, quid de hac ratione judicandum sit, aut quomodo excusari possit consuetudo, qua ipsi dii in scenam prodirent. Est enim tota res ita comparata, ut non ipse deus ludificatus videretur, sed persona, quae plerumque ex tragoedia desumta esset, quoniam omnia pro ludicris habebantur. Aetatis morem quomodo secutus sit poeta, id intelligatur ex nonnullis locis, quos afferemus. Legantur inter alia:

μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλοὺς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτὸν,
ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εἶτ' ἐς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν·
κἀκεῖνος ὡς ἥττων ἔρωτός ἐστι καὶ γυναικῶν·
καίτοι σὺ θνητὸς ὢν θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο; 170.

160. Ibid. v. 153 1437. 161. Ibid. v. 320. 162. Equit. v. 537. 163. Ibid. v. 520. 164. Acharn. v. 849. Equit. v. 400. Ibid. v. 531. Pac. v. 700. Ran. v. 358. 165. Nub. v. 551. Pac. v. 734. 166. Nub. v. 557. 167. Ibid. v. 556. Ran. v. 13. 168. Ibid. v. 13. 169. Ibid. v. 13. 170. Nub. v. 1079. seqq.

Ex Pacis autem fabula sermo tenendus est, quem Trygaeus cum Mercurio ingreditur, quique multa in deorum numen dicta continet, ut nihil relinquatur, quo homines et dii distingui possint. Sunt autem hi versus maxime eligendi:

τὰ λοιπὰ τηρῶ σκευάρια τὰ τῶν θεῶν
χυτρίδια καὶ σανίδια κἀμ' φορείδια. 171.

deinde illi quidem:

ΟΙΚΕΤΗΣ.
οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον
εἰ πορνοβοσκοῦσ', ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοί.
ΤΡΥΓΑΙΟΣ.
οὔκ· ἀλλὰ κἀκεῖ ζῶσιν ἀπὸ τούτων τινές. 172.

Quae omnino ad rerum divinarum humanarumque irrisionem composita sit, Avium fabula nullo modo negligenda est, ex qua haec potissimum sumantur:

κἄπειτ' ἂν τοῦτ' ἐπανεστήκῃ, τὴν ἀρχὴν τὸν Δί' ἀπαιτεῖν·
κἂν μὲν μὴ φῇ μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ,
ἱερὸν πόλεμον πρωὐδᾷν αὐτῷ, καὶ τοῖσι θεοῖσιν ἀπειπεῖν
διὰ τῆς χώρας τῆς ὑμετέρας ἐστυκόσι μὴ διαφοιτᾶν,
ὥσπερ πρότερον μοιχεύσοντες τὰς Ἀλκμήνας κατέβαινον,
καὶ τὰς Ἀλόπας, καὶ τὰς Σεμέλας· ἤνπερ δ' ἐπίωσ', ἐπιβάλλειν
σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν, ἵνα μὴ βινῶσ' ἔτ' ἐκείνας. 173.

atque adjungantur, quae Iridem illudant.[174] In primis autem ipse deus, quem theatro praeesse credebant, cujusque in honorem ludi habebantur, audacter in Ranis traducitur, nisi forte sententiae Genellii multum a reliquorum criticorum recedenti nostram adscribere volumus. Est autem haec non indigna, quae transscribatur:[175] Schon der neuere Herausgeber des Brymoi hat, dünkt uns, sehr richtig eingesehen, daß jenes Gericht über die Tragiker, welches als die angeblich eigentliche Handlung in das Episodion des Stückes fällt, doch nur Vorwand zu diesem Spiele, nicht die eigentliche Absicht desselben ist;

---

171. Pac. v. 201. conf. v. 192. 194. 197. 172. Ibid. v. 848. seqq. 173. Av. v. 554. conf. v. 187. 618. 828. 829. 1226. 1247. 1264 et 1490. 174. Ibid. v. 1170. conf. v. 1208. 1254. 175. Das Theater zu Athen, von H. C. Genelli, S. 262. 263. 264.

in dem weit größeren Theile, der jenem vorangeht, leuchtet offenbar als Haupt-Absicht die Bemühung hervor, den vermeintlichen Dionysos recht in aller seiner Niedrigkeit ans Licht zu stellen, welches aber ein abgeschmackter Einfall gewesen wäre, wenn er nichts weiter, als den Dionysos vorstellen sollte: er mußte in näherer Beziehung mit dem Inhalte jener berühmten Parabasis stehen, von der uns berichtet wird, daß sie mehr als gewöhnlichen Eindruck machte. Auch wird der Dionysos hier dargestellt als ein aufgeschwellter Wüstling, wie man sonst diesen Gott sich vorzustellen gar nicht gewohnt war. — Unsägliche Zerrüttung entsprang hieraus (aus der Zurücksetzung edler Bürger, welche in der Schlacht bei Arginusai nicht mitgefochten hatten, u. s. w.) und beschleunigte des Staates Untergang: und gerade dieß ist nun der erste und eigentliche Stoff zu diesem Stücke. Alle darin angeführte Schurken gehören in die Classe dieser neu aufgeschossenen Pilze. — Allein diese Fahrt, einem Gott als solchem untergelegt, hat an sich nichts Komisches; um dieß zu gewinnen, lag es am nächsten, ihn ganz menschlicher Weise zum Repräsentanten der eben bestehenden Theaterwelt zu machen, mit andern Worten, seiner Maske einen der Tongeber unterzuschieben: wodurch denn der Dichter sich eben den gesuchten Weg eröffnete, jenes Volk gebührend vor Augen zu stellen. Wen aber hätte der Dichter besser hierzu auswählen können, als eben jenen dickbäuchigen Wüstling, jenen Kallias, Sohn des Hipponikos, der als solcher gewiß auch vorzüglich ein gepässiger Tonangeber im Theatron war? Quodcunque autem statuitur, nihil omnino obstabat, quo minus poeta mollem atque ignavum Bacchum proponeret, cum popularis opinio talis esset, quae huic consilio accommodatissima videretur. Erat enim illa quidem ita instituta, ut res ejusmodi in dei natura occurrere faceret, quae mire inter se pugnarent, ideoque cultum ipsius aut artibus ingenuis adjungeret, aut etiam cum bellicis rebus connecteret, quo quid magis possit esse contrarium? Unde fit, ut et pacis amans, et magnanimus fortisque deus habitus sit. Sed ne latius rem persequamur, quam necesse est, omissa hac disputatione, totum illud ad Welckerum rejicimus, qui omnia praeclare expedivit cultumque Bacchi ex societate, qua cum Cybele conjungeretur, maxime repetere non dubitavit.[176] Ex his breviter expositis facile eluceat, quid movere poetam potuerit, ut se ad opinionem

176. F. G. Welcker, Anmerk. zu den Fröschen, S. 224.

populi conferret, quae eadem artis monumentis magnopere comprobatur. Quid igitur accommodatius haberi debet jucundiusve, quam deum in scenam committere, qui, cum theatrum suum tutari vellet, ad inferos descenderet, ut poetam omnium probatissimum ad lucem adduceret, quique in hoc studio occupatus miram animi imbecillitatem proderet ostenderetque? Quod autem magis etiam totius rei institutionem ridiculam fecit, id eo maxime cernitur, quod Xanthias itineris socius adjungitur, qui servi personam ita sustinet, ut risum omnino commovere possit. Sed mittamus, quae reliqua sunt, neque mentionem faciamus alterius Bacchi, qui in fabulam inducitur. Qui autem loci ex Ranis petendi sunt, ex quibus dei illusio appareat, sunt ii, quibus Bacchus *υἱὸς Σταμνίου* dicitur,[177.] quibusque jactantia ejus atque etiam ignavia significatur.[178.] Accedunt versus, qui servum periculo objectum ostendunt, dominum vero magnopere se tutantem,[179.] aliique, quibus personae commutantur, ut deus cum ad voluptates perfruendas propensus, tum ignavus repraesentari posset;[180.] adjice alios multos, qui varia crimina continent.[181.]

Quod ceteri quoque poetae praeter Aristophanem mythica argumenta tractarunt, quibus, si quid res ferret, etiam dii luderentur, hoc tantum monuisse sufficere debebit, cum aequo diutius hoc loco commorari videamur. Sed potest, qui velit, Meinekium adire[182.] et Grauertum,[183.] qui pluribus verbis disputarunt. Adjiciantur tamen nonnulla, quae de deorum cultu, qualis apud Graecos adhibebatur, in universum dicantur, unde efficiatur, quomodo dii ipsi in scenam produci potuerint. Omnis autem cultus in opinionum vanitate cernebatur, quod ubi homines excellentes perspexerunt, non tam animi necessitate commoti, quam ingenii praestantia, facile factum est, ut deorum naturam fingerent, qualis cuique accommodata esset. Quorum antiquissimus Xenophanes in extrema oratione, quam de

---

177. Ran. v. 22. 178. Ibid. v. 12. 13. 179. Ibid. v. 285. seqq. 180. Ibid. v. 491. seqq. 181. Ibid. v. 710. seqq. 182. Quaest. scen. specim. II. pag. 3. 183. Rheinisches Museum für Philologie, Geschichte und griechische Philosophie. Jahrg. II. Heft 4. S. 509.

rerum natura composuerat, haec posuit: nemo unquam de diis certi quidquam cognovit aut cognoscere poterit, omnes opinione ducuntur; sed acri Homerus Hesiodusque reprehensione digni sunt, qui, quicquid apud homines turpe est et ignominiosum, diis tribuant, ut eos adulterare, fraudare, furari dicant. Gravius etiam Heraclitus Ephesius in poetarum nugas invectus est, ut se non teneret, quin Homerum certamine excipiendum putaret omnique poena afficiendum. Sequitur, ut de Socrate dicendum sit, qui quid voluerit sequi, ex eis intelligetur, quae supra disputata sunt. Illud enim honestum, quod saepe dicimus, etsi in aliis cernimus, tamen in optimo viro maxime elucebat, studebatque omni modo, ut eos, quibuscum conjuncte viveret, traheret ad eum, quem oculis assequi non possumus, quamquam non sustulerat deorum cultum, quem vanum esse judicaret, sed propter hominum angustias servandum. Nec vero Plato sibi defuit, qui, cum excelsa de summo numine sentiret, omnino repudiavit plebis opiniones abhorruitque, quodcunque poetae in deos falsa aut inepta finxerant. Quam inepta igitur fuerint et perniciosa, quae de diis tradebantur, facile colligetur, et quam perspicua doctis hominibus fuerint. Sed aliter fieri non potuit, quoniam Graecorum ingenium ejusmodi erat, ut ad res humanas omnino delaberetur neque haberet, quo attolli posset. Quod autem prius in mythis inerat honesti, id postea deletum est, cum iidem non ex honestate perficerentur, sed ad artis usum accommodarentur, ut ipsa religio in arte quasi interiisse videretur. Ac quanta inde calamitas nasci debebat, si forte opifices, qui ab omni honestate alieni essent, simulacra fingebant, quibus eorum, qui intuerentur, animi oculique ad libidines earumque imitationem pellici possent.

4.

Quae de sententiarum genere dicenda erant deque personarum delineatione, quales in antiqua comoedia reperiuntur, cum satis explanata videantur, putamus posse transiri, ut etiam de actionis ratione fabularumque conformatione dicatur. Quod autem cuique perspicuum erit, qui animum attendere voluerit: nihil omnino ab hac parte desideratur, quod artis legibus

praecipiatur, ut etiam tragoediarum virtus major haberi non possit. Actio autem simplicitate excellit, ac si quid in externa forma praeteritum censeri debet, omne id facile compensatur personarum ratione cogitationumque pondere. At vero recentiores comici, aut ingenio suo diffisi, aut viribus destituti, largam materiam sumserunt, pluribusque personis descriptis, actionem etiam secundariam, quae dicitur, adhibuere, ut eorum, qui audirent, animos commotos habere possent. Haec autem materiae copia nihil nisi inopia est, quae sarcire studeat, quicquid summae rei deesse videatur, rerum multitudine. Quo in genere qui versari maxime voluerunt, de eis, quid judicemus, non est, quod quaeratur; omnes enim, qui fabulae nodis artificiisque movere cupiunt, artificum nomine prorsus indigni habeantur, cum solam imaginandi vim impellant, mente animoque nullo modo tactis. Hoc longe secus est apud praecipuos Atheniensium poetas maximeque apud eos, qui ad comicum genus pertinent: eorum enim est summa actionis simplicitas, quemadmodum supra dixi, quoniam res tractantur gravissimae, atque personae inducuntur, quae aut conditione aut fama illustres sint. Neque tamen desideratur unquam artificiosa actionis compositio: ab initio enim excitantur animi, ut attendant ejusdem vim ac potestatem, deinde vero ita progreditur illa, ut exspectatio quidem expleatur, sed novae res implicentur, quae commovere possint. Tum fit remissio, ut, quae praeterierint, celeriter animo comprehendantur. Denique nihil omnino restat, quod eis, quae volumus, minus satisfaciat, cum omnia, quae quis inter agendum quaesiverit, soluta videantur. Haec autem, quae modo diximus, etsi ad omnes Aristophanis fabulas pertinere videantur, tamen fuere, qui admirabile poetae ingenium carperent, quasi fabularum dispositio actionisque ratio ad artem minus directa esset. Videndum est igitur, quanto jure fiat injuria. Negari nolim, nonnullas ejus fabulas in actionis perpetuitate minus perfectas esse, sed non est, quod miremur, cum multa sint, quibus poetae ratio merito excusetur. Quis enim non videat fontem, ex quo, quod reprehendi possit, fluxisse videatur? Nonne intelligis ingentem animi vim, qui vincat omnia ac spernat tritam et vulgarem viam? Consenties, multa eum peccare voluisse, cum nihil, si vellet, errare posset: quo quid possit esse admirabilius? Huc si addatur, quid sibi voluerit comicorum theatrum,

aut quonam tempore fabulae doctae sint, nihil sane erit, quod actionis ratio requiratur, quae ad artem omnino disposita sit. Sed cum videamus inter eos, qui objurgarunt, doctissimum virum Hermannum, quod is de imperfecta Nubium actione judicavit, id transscribere non alienum putamus. Sunt autem verba ejus haec: [1] Haec qui in unius cujusdam actionis designationem cogere vellet, frustra profecto laboraturus esset. Adeo postrema a primis dissentiunt. Nam quae in prima fabulae scena satis clare descripta est actio, ea haec est: senex, filii causa in aes alienum illapsus, creditores fraudibus circumducere studet ad eamque rem Socratis utitur auxilio. Hinc intelligitur, nodum, quem vocant, in repugnantibus studiis debitoris et creditorum positum esse. Quare quae poterit alia nodi solutio, aut quis fabulae eventus essse, quam qui in fortuna senis cernatur? Hunc igitur aut vincere, aut vinci necesse est. At enim vero ea, quae deinceps sequuntur, spectantibus tria maxime occurrent; quae a poeta male instituta videantur. Primum enim quum senem introduxisset, aeris alieni onus fallacia ab se depellere studentem, ea ipsa res bene an male isti cederet, ostendendum erat. Ac quum Aristophanes philosophorum disciplinam in contemptum adducere vellet, facile intelligitur, senem vinci, non vincere debuisse. Quamobrem non erat in eo consistendum, ut ille creditores a foribus suis propelleret, metuendumque ei tantummodo esset judicium, sed rapi eum in jus, causa cadere, bonis exui, in carcerem conjici oportebat, ut, quibus fraudibus alios circumducere voluisset, iis ipse circumventus ostenderetur spectatoribus. Quae quum omiserit poeta, ea ille omisit, quae in omni fabula maxime necessaria sunt, solutionem nodi finemque actionis. At vero Suevernius non dubitat opinionem,

1. Aristophanis Nubes, ex recens. G. Herm. praefat., pag. XLIII. XLIV.

qualem modo laudavimus, ita refellere: [2] Allein abgesehen von der ungebührlichen Ausdehnung der Handlung durch eine neue gerichtliche, wenn auch außer der Bühne abgehaltene, so löset Aristophanes seine Aufgabe, zu zeigen, wie sehr der Alte seines unredlichen Zweckes verfehle, vollkommen und übereinstimmender mit der Tendenz des Ganzen, als durch eine gerichtliche Verurtheilung des Strepsiades geschehen konnte, indem er gerade das Mittel, welches dieser für seine Absicht gewählt hatte, die Bildung seines Sohnes in dem Spekulantenhause, um durch diesen hernach seinen Handel gewinnen zu können, zu seinem eigenen größten Nachtheile ausschlagen und ihn selbst dadurch von seinen rabulistischen Gedanken und Anschlägen bekehren läßt, worauf es zum Gericht, in welchem doch auch der Sieg der Sophistik über das Recht der herrschenden Ansicht des Aristophanes über den Charakter der damaligen Rechtspflege viel näher lag, als die Verurtheilung des Strepsiades, nicht mehr kommen konnte. In dieser Hinsicht ist also die Handlung vollständig durchgeführt, und es läßt sich zu ihrer Vollendung nichts mit Grund vermissen. Quod autem aedes Socratis incenduntur, ut ad easdem Nubes nos referamus, nihil quidem in tota fabulae actione inest, quo defendi possit, cum omnis actio in Strepsiadis poena perficienda esset, nihilque amplius relinqueretur: sed omnino dignus Aristophanes est, qui excusetur, quandoquidem summo animi ardore malas Sophistarum consuetudines persequendo eo abripiebatur, ut artis leges oblivisci posset. Sed jam ad instituta pergamus, ut dicatur, utrum, quae generatim de actionis ratione explicata sunt, ea confirmentur singulorum poetarum virtutibus, an non confirmentur. Qua in re audiamus, cum testis sit locupletissimus, Anonymum, qui de actione fabularum Cratinearum ita tradidit: [3] *εὔστοχος δὲ ὢν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν δραμάτων καὶ διασκευαῖς, εἶτα προϊὼν καὶ διασπῶν τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀκολούθως πληροῖ τὰ δράματα.* Quibus ex verbis omnino efficitur, nonnulla rudioris et inordinatae artis vestigia apud sublimem comicum exstitisse, cum actionem turbasse dicatur nihilque studii in eo posuisse, ut omnes ejus partes congruerent atque ad certum finem perducerentur. Sed reliquos etiam comoediae principes laudemus. Eupolis in argumentorum conformatione longe optimus haberi debet, ita ut et personas et actionis rationem omnino ad veritatem re-

---

2. Ueber Aristophanes Wolken, S. 77. 4. Apud Dindorf., pag. VIII.

vocasse videatur. Habemus enim ejusdem grammatici verba, ex quibus facile appareat sententiae nostrae comprobatio: *εὐφάνταστός ἐστιν εἰς ὑπερβολὴν κατὰ τὰς ὑποθέσεις*,[4] et quae sequuntur:[5] *καὶ ἥνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινοῦσιν οἱ λοιποί, ταύτην ἐκεῖνος ἐν τοῖς δράμασιν ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν πρόσωπα.* Quid autem in hoc testimonio inesse videatur, diu multumque quaerere non oportet, cum habeamus, quem sequamur, Meinekium, qui verba ejus acute in hunc modum interpretatus sit:[6] Itaque sensus verborum Platonii hic esse videtur: quas reliqui poetae visiones vel absentium rerum imagines in parabasibus excitare soleant, eas Eupolin in ipsa actione spectatorum oculis subjicere, ut qui mortuos ex inferis excitatos in scenam producat et de rebus ad civitatis administrationem pertinentibus consilia conferre faciat. Sed jam nos conferamus ad eum, quem libenter cogitamus, cuique, cum ingenii gloria omnes superaret, in actionis dispositione summa laus tribuenda sit. Nec vero testium judicio indigemus, cum integrae ejus fabulae ad nostram memoriam pervenerint, ex quibus, quod volumus, omnino intelligi debeat. Quo modo igitur Aristophanes fabularum actionem instituerit eamque, quam supra diximus, simplicitatem consecutus sit, id quidem ex Nubibus recte perspicitur, cujus argumentum ex Hermanni doctrina apponamus:[7] Atque argumentum fabulae ex his partibus constat, quas ordine enumerare oportet. I. Aere alieno se liberaturus senex quum filium, ut Socratis disciplina eruditus creditores defraudare discat, adducere non possit, ipse adire Socratem constituit, v. 1 — 133. II. Ad cujus domum quum accessisset, discipuli cujusdam, foras egressi, sermone magis etiam incenditur, v. 134 — 184. III. Itaque intromissus, miratur diligentiam philosophorum apparatumque scholae, v. 185 — 223. IV. Deinde ab Socrate coram Nubibus initiatur, v. 224 — 513. V. Suspenditur inde actionis continuatio per parabasin chori, partim e poetae per-

4. Ibid. pag. VIII. 5. Ibid. pag. VIII. 6. Quaest. scen. specim. I. pag. 38.
7. Aristophanis Nub. praefat. pag. XLII. XLIII.

sona ad spectatores loquentis, partim hymnos canentis in laudem deorum, v. 514 — 622. VI. Finita parabasi Socrates conspicitur senem docens, quem Nubes ubi nimis indocilem esse vident, suadent, ut filium, quem promptum jam fore spondent, in disciplinam Socrati tradat, v. 623 — 810. VII. Senex filium, invitum quidem, sed non magnopere pugnantem, ad Socratem adducit, v. 811 — 863. VIII. Socrates, in certamen commissis justo et injusto oratore, quorum injustus vincit, optionem dat adolescenti, ab utro doceri malit, v. 863 — 1117. IX. Parabasis inde chori sequitur ad spectatores e personis Nubium verba facientis, v. 1118 — 1133. X. Senex deinde filium bene eruditum ab Socrate accipit, v. 1134 — 1170. XI. Ille igitur quaedam edit doctrinae documenta, v. 1171 — 1215. XII. Quibus pater ad summam spem elatus, Pasiam creditorem cum teste a foribus aspellit, v. 1216 — 1260. XIII. Mox etiam Amyniam, v. 1261 — 1304. XIV. Inde fructum disciplinae Socraticae chorus praedicit spectatoribus, v. 1305 — 1324. XV. Pater igitur, intus contumeliis a filio affectus, de impietate ejus conquerens foras egreditur, cui filius dicendi peritia fretus, recte se fecisse demonstrat, v. 1325 — 1479. XVI. Ob eam rem senex, de Socrate vindictam sumpturus, aedes ejus incendit, v. 1430 — 1514.

Sequitur, ut dicendum sit de universa actionis compositione. Est autem ejusmodi, ut aut omnem veritatis speciem deponere videatur, aut vitam humanam imitari, cujus deformitas redicule augeatur atque horrore nos perfundat. Unde fit, ut in novum rerum ordinem, qui vitae communi oppositus sit, translati nobis videamur, cum attente eos, qui prodeunt, agere viderimus. Qua in re quid secuti sint poetae, hoc loco alienissimum est exponere, cum prius dictum sit, quanto studio comici populi multitudinem sibi conciliare voluerint, quantaque laetitia omne comoediae genus elatum sit. Nec tamen inutile erit transferre, quod nostrae aetatis scriptor de illa

actionis ratione monuit: [8] Aristophanes entwirft in komischer Begeisterung ein Phantasiestück, und die paßlichsten Personen müssen zur Ausführung dienen; er geht mit den wirklichen Personen in Sphären, wo alle Natur wegfällt, mischt sie mit Göttern, Vögeln, Wespen, Fröschen u. s. w. unter einander; das Stück spielt nicht die Personen, sondern die Personen das Stück und dabei sich selbst. Maxime autem perspicitur ex Ranarum fabula, quae quamvis habeat, quo nectatur in singularum partium ordine, tamen lepide omnino et ridicule composita est, ut certam rationem sequi nolit. Cujus quidem partes describere, quales institutae videantur, omittamus, cum multi fuerint, qui hoc munus explerent, atque nos metuamus, ne longior fiat oratio.

Restat, ut de singulari fabularum conformatione dicatur, quae duabus rebus maxime cernitur, choro et parabasi. Quot autem et quales sint partes hujus institutionis, non eget multa disputatione, cum habeamus Anonymi verba, quibus omnis quaestio solvatur. Haec sunt: [9] *Πόσα μέρη κωμῳδίας. ά. πρόλογος τὸ μέχρι τῆς εἰσόδου τοῦ χοροῦ μέρος. β. χορικὸν τὸ τοῦ χοροῦ διδόμενον μέλος. γ. ἐπεισόδιον τὸ μεταξὺ δύο χορικῶν μελῶν. δ. ἔξοδος τὸ ἐπὶ τέλει λεγόμενον τοῦ χοροῦ. εἴρηται δὲ καὶ πόσα μέρη παραβάσεως τοῦ χορικοῦ.* Quod autem chori naturam attinet, quam attingere lubet, primum audiamus necesse est Aristotelem, summum criticorum, cujus judicium ita comparatum est: [10] *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὥσπερ Εὐριπίδης, ἀλλ' ὥσπερ Σοφοκλῆς.* Adjungendus ei Horatius est, qui, cum multum in artibus ingenuis versatus sit atque etiam rei scenicae admodum intelligens, negligi non debet: [11]

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat; neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat et haereat apte.
Ille bonis faveatque et consilietur amicis
Et regat iratos et amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem
Iustitiam legesque et apertis otia portis;

---

8. Athenäum, von F. Günther und W. Wachsmuth, Band I. Heft 1. S. 161. 162.
9. Apud Dindorf. pag. XVIII. 10. Aristot. Art. poet. XVIII. 21. 11. Epist. ad Pison. v. 193. seqq.

> Ille tegat commissa deosque precetur et oret,
> Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Erat autem proprium munus chori, ut gereret personam civitatis, cum ex populo delectus et instructus esset, atque ut deum, cui festi dies agerentur, aut cunctos deos eximiis laudibus celebraret. Est igitur chori natura talis, ut is ad deorum cultum omnino pertineat, quod idem valet de comicorum theatro. Quae cum ita sint, perspicuum est, quam praecipua fuerit fabularum pars, eo magis necessaria, quo saepius et homines et res proponerentur, quae rempublicam attingerent. Accedit, quod cum initiis artis dramaticae arcte conjunctus erat, ut multitudo chorum audire atque saltationes oculis auribusque percipere consuesset; quare non audiendi sunt, qui otiosum eum faciant spectatorem actionisque expertem. Quod autem chorus servabatur neque unquam tollebatur, id plurimum valuit ad fabularum varietatem atque effecit, ut tanquam ludi publici haberentur. Sed uberius hanc rem exponendo hujus disputationis fines excederemus. Sin vero quaerimus, quae ratio intercesserit inter chorum et actores: animum ille attendebat ad ea, quae ab his susciperentur, ut integre judicaret, si quid improbandum ageretur, aut secum perpenderet, quae narrata essent. Fit etiam nonnunquam, ut ex rebus gestis petat occassionem, qua deorum laudes celebrare possit, aut saltationes instituere, aut etiam judices alloqui. Quod autem omnino ad chori institutionem pertinebat, ut et musica adhiberentur et saltandi modi, quos oculi perciperent, verbo commemorasse satis erit, cum notissimum sit, neque habeam, quo rem explanare possim. Neque minus cognitum est omnibus, quot homines chori numerus complexus sit, ut totam rem ad grammaticos rejiciamus, qui cunctos aut viros, aut feminas, aut infantes, quatuor et viginti fuisse perhibeant.[12] Denique addendum est, quod iter habuerit chorus, quo in scenam ingrederetur, ut munere fungi posset, et quos corporis motus statusque expresserit, qui aptissimi essent, de quibus idem Anonymus ita explicuit:[13] *καὶ εἰ μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως ἤρχετο ἐπὶ τὸ θέατρον, διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἁψῖδος εἰσῄει, εἰ δὲ ὡς ἀπὸ ἀγροῦ, δια*

---

12. Apud Dindorf. pag. XVIII. conf. Schol. ad Av. v. 298. 13. Ibid. pag. XVIII. conf. pag. XIV.

τῆς δεξιᾶς, ἐν τετραγώνῳ σχήματι, ἀφορῶν εἰς τοὺς ὑποκριτάς. Optime autem instituto nostro consultum erit, si adjunxerimus id, quod et accurate et copiose Suevernius de chori natura disputavit hoc modo: [14]. Der Zweck dieser Abhandlung erfordert es nicht, daß vom Chore der alten Komödie ausführlich geredet werde. Nur dieß zu bemerken scheint nöthig, daß, gleichwie in dem ausgebildeten Chore der alten Tragödie das Wesen derselben, nämlich die Vernichtung und das Verschwinden der Gegensätze des Lebens in Beziehung auf dessen höchste und allgemeinste Grundgesetze vor der ewigen, durch alle Mißlaute des Conflicts hindurchtönenden, Harmonie und Ruhe der göttlichen Macht, seiner ursprünglichen, die Thaten und Herrlichkeit der Götter feiernden, Bestimmung gemäß, concentrirt ist, so auch der Chor der alten Komödie das Wesen derselben, nämlich die Darstellung der Gegensätze des Lebens im Gebiete seiner gesellschaftlichen Ordnung und in Beziehung auf deren oft sehr besondere und relative Gesetze, in ihrer Widersinnigkeit und Lächerlichkeit, und ihre Zersetzung durch diese, ganz dem Ursprunge dieser Dichtungsart von den scherzenden und neckenden κώμοις gemäß, mit allen Waffen der Schalkheit und des Spottes, welche die Handlung selbst darbietet, aber auch des feierlichsten Ernstes, in sich concentrirt, und durch das Getriebe aller sich selbst aufhebenden Abgeschmacktheiten und Albernheiten, wie ein Bild des Edlern und Reinern im Leben, Blumem der schönsten Poesie hinstreut. Je nach der Beschaffenheit des Inhalts der Stücke steht der Chor gleich von vorn herein auf dem überlegenen und richtigen Standpunkte der Handlung, welcher, dem politischen Charakter der alten Komödie zufolge, der des wahren Interesse des atheniensischen Staats und Volks, oder gar, wie in der Lysistrata, des gesammten, vom Chore der Weiber gegen das vom Chore der Greise behauptete vermeintliche Particularinteresse Athens vertretenen, Griechenlandes, ist, und wirkt von diesem aus in der Handlung selbst mit mehr oder weniger, sein überlegenes Bewußtsein eben ankündigender, Ironie, wie in den Rittern, der Lysistrata, den Fröschen, den Ekklesiazusen; oder er hebt sich von einem einseitigen Standpunkte, gemeiniglich sehr widerstrebend und nach hartnäckigem Kampfe, durch eines wohlmeinenden, alsdann die richtige Einsicht des Volks repräsentirenden Freundes Beharrlichkeit überwunden, auf den bessern, und ist dann selbst als han-

---

14. Ueber Aristophanes Wolken, S. 80. 81. conf. Aristoph. Nub. ex recens. G. Herm. praefat. pag. L.

delnde Person, nicht auch in der Parabase, großentheils ein Gegenstand der Ironie, wie in den Acharnern, Wespen und Vögeln; oder er vertrit zwar in der Hauptsache das Wahre, ist aber doch selbst in irgend einem Contrast mit der Sitte oder herkömmlichen Ordnung der Dinge befangen, und ironisirt dann zuweilen höchst schalkhaft sich selbst, wie in den Thesmophoriazusen, Ekklesiazusen und der Lysistrata; oder er geht schlecht und recht auf das Bessere ein, das in der Handlung betrieben wird, nur über die Andersgesinnten weiblich spottend, wie im Frieden.

Ut vero ad alterum transeamus, quod totius conformationis maxime proprium est: intelligi debet, parabasin omnino ad antiqui generis fabulas pertinuisse. Qui autem in chori numero erant, cum in scenam prosessissent, quadrato agmine, sive *ἐν τετραγώνῳ σχήματι* disponebantur, ita ut ad theatrum conversi essent, atque sermones conferebant nonnunquam cum eis, quos in proscenio, quod dicitur, agentes reperissent. Ita ordinati instructique carmen canere incipiebant, quod *στάσιμον* plerumque dicitur, cujus quidem natura talis est, ut parabasi ipsa non contineatur. Haec enim tum demum orditur, cum actores theatro abiere, ut omnia et carmina et declamationes complecti videatur, quae per illud tempus a choro proferantur. Ut ita sentiamus, auctor est Anonymus his verbis: 15. *Ὁ χορὸς ὁ κωμικὸς εἰσήγετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, τῷ νῦν λεγομένῳ λογίῳ. καὶ ὅτε μὲν πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς διελέγετο, πρὸς τὴν σκηνὴν ἀφεώρα, ὅτε δὲ ἀπελθόντων τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἀναπαίστους διεξῄει, πρὸς τὸν δῆμον ἀπεστρέφετο. καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο στροφή.* deinde his: 16. *εἰσῄει — ἐν τετραγώνῳ σχήματι, ἀφορῶν εἰς τοὺς ὑποκριτάς. ἀναχωρούντων δὲ τῶν ὑποκριτῶν ἑπτάκις ἐστρέφετο ὁ χορὸς, προσέχων ἐφ' ἑκάτερα μέρη τοῦ θεάτρου.* Qui idem explicatius etiam de Parabasis natura atque denominatione disseruit, ut non dubitemus verba ejus transscribere, consentientes, hoc nomine significari conversionem chori ad eos, qui audirent, sive potius discessum ád alteram partem. Quae modo diximus, haec sunt: 17. *παράβασις δέ ἐστι τοιοῦτο. μετὰ τὸ τοὺς ὑποκριτὰς τοῦ πρώτου μέρους πληρωθέντος ἀπὸ τῆς σκηνῆς ἀναχωρῆσαι, ὡς ἂν μὴ τὸ θέατρον ᾖ κενὸν καὶ ὁ δῆμος ἀργῶς καθέζηται, ὁ χορὸς οὐκ ἔχων πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς διαλέγεσθαι ἀπόστροφον ἐποιεῖτο πρὸς τὸν δῆμον·* et alibi: 18. *ἐκαλεῖτο δὲ τῷ γένει τὸ τοιοῦτον ὄνομα τῆς ὀρχήσεως παράβασις, ὁμωνύμως τῷ γένει.*

15. Apud Dindorf. pag. XIV. 16. Ibid. pag. XVIII. 17. Ibid. pag. VI. 18. Ibid. pag. XVIII.

Hujus autem institutionis origo, qualis fuerit, ut explicetur: est quidem ex artis dramaticae infantia repetenda, quae omnino in lyricis consisteret nihilque nisi Parabasin contineret, quod dramatici generis nomine insigniri posset. Quod si recte statuimus, non erit negandum, parabasin tanquam antiquissimum et quasi principale fuisse, quocum tempore interjecto totius fabulae ratio conjungeretur. Sed ut propius ad rem accedamus atque ingenue fateamur, quid nos sentiamus: parabasis ita erit accipienda, ut prologum significet, quem poeta fabulae finibus inseruerit. Quod omnino perspicuum est, si perpendimus, non aliam opportunitatem datam esse, qua poetae uti possent, si forte de comoediis suis ad spectatores verba facere vellent. At vero ne quis inde colligat, quasi prima comoedia in parabasi cernatur, cum non habeamus, quo firmari possit, ut tota res in conjectura posita sit. Sin vero quaerimus, qua ratione chorus a parabasi dispositus sit instructusque, nihil facile erit, quod pro certo affirmari possit, cum praesertim testes defuerint, quorum auctoritate nitamur. Est enim res impeditissima, ut etiam recentiori scriptori, cujus omne studium in hac re expedienda collocatum sit, erroris venia danda sit.[19] Sed quod Hermannus, rerum antiquarum peritissimus, proposuit judicium, ita institutum est, ut toti rei aptissimum sit maximeque cum eis, quae tradita sunt, sentire videatur. Facile igitur adducimur, ut verba ejus, quibus, quantum fieri potest, parabasis motus explicetur, hoc loco afferamus:[20] Will man eine der Sache angemessene, und mit den angeführten Nachrichten noch am besten übereinstimmende Vermuthung aufstellen, so würde sie wohl darin bestehen müssen, daß der Chor sich in zwei Abtheilungen, jede zu sechs Mann in einer Reihe und zwei Mann hoch, einander gegenüber aufgestellt habe; dann der Koryphäe, oder auch wohl manchmal der Dichter selbst vorgetreten sei, und die in engerer Bedeutung sogenannte Parabasis mit ihren beiden Anhängseln, dem κομμάτιον und μακρόν, wenn diese dabei waren, gesprochen; nachher aber der eine Halbchor eine Schwenkung gemacht habe, so daß sechs Mann nebeneinander und zwei Mann hoch gegen die Zu-

---

19. G. H. Kolster dissertat. de parabasi, veteris comoediae Atticae parte antiquissima. Altonae 1829. 20. Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, von J. C. Jahn. Jahrg. IV. Band 3. Heft 3. S. 300.

schauer Front machten, die Strophe sangen, und dann der Anführer des Halbchors das ἐπίῤῥημα sprach; nachdem aber dieser Halbchor wieder seine erste Stellung eingenommen hatte, der andere auf gleiche Weise sich schwenkte und die ἀντίστροφος sang und das ἀντεπίῤῥημα sprach. Quot autem et quales parabasis partes fuerint, non multum haesitamus, quid recte statuendum sit, cum nonnulli fuerint, qui omnem quaestionem solvere vellent. Referamus nos igitur ad eum, quem saepissime laudavimus, Anonymum, cujus quidem testimonia in his fere continentur: 21. ἡ δὲ παράβασις ἐπληροῦτο ὑπὸ μελυδρίου καὶ κομματίου καὶ στροφῆς καὶ ἀντιστρόφου καὶ ἐπιῤῥήματος καὶ ἀντεπιῤῥήματος καὶ ἀναπαίστων. Eandem rem attigit doctissimus Scaliger, qui haec habet: 22. Habebat autem παράβασις partes septem: κομμάτιον, quae erat constitutio brevioris partis; unde et nomen a praecisione. Altera pars dicebatur Anapaestica: quia olim ex solis anapaestis conficiebatur: postea suppositis aliis pedibus nihilo secius nomen retinebat. Tertium vocarunt μακρὸν, non propter tractum productiorem: erat enim brevissima: sed quia unico impetu sine respiratione absolvendum esset: Luserunt in nomine Ludiones ad laborem potius respicientes. Post eam erat Strophe, cui Antistrophos respondebat: huic Epodos succedebat, aut Epirrhema: cui antepirrhema respondebat: quod XVI. non amplius versibus constare, lex fuit. Aristophanes numerum auxit. Partiebantur autem utrumque in Semichorum: interdum versu anapaestico, sive commatio et strophe: veluti in Ranis apud Aristophanem. Sed ne relinquatur, quo lumen instituto nostro affundi possit, parabasis partes paucis persequendae sunt, ut, quid in singula quaque chorus expresserit, intelligatur. Sed quoniam haec omnia cuique aperta fient, qui Aristophanis fabulas inspicere voluerit, cum alii multis verbis exposuerint, quae dicenda essent, hac disputatione supersedere posse putavimus. Quid autem in parabasi secuti sint poetae, de eo nonnulla disserere in animo est. Quod supra indicavimus,

---

21. Apud Dindorf. pag. VI. conf. pag. XVIII.

22. De trag. et com. in Gronov. Thes. Antiq. Graec. vol. VIII. pag. 1507.

comicos retinenda parabasi occasionem sibi servare voluisse, qua, si quid res ferret, spectatores alloquerentur, id facile appareat ex fabulis, quae ad nostram memoriam pervenerunt, ut non indigeamus aliorum scriptorum judicio. Quae enim in Equitibus legitur parabasis, ea habet poetae commendationem, qua is patriam amare et malos homines persequi dicitur, quamquam sperandum non sit, fore, ut spectatorum gratiam consequatur, qui reliquos poetas prorsus negligere coeperint. Finitur haec chori pars eo, quod omnes, qui audiunt, ad poetam probandum provocantur. Idem fere valet de Nubium parabasi, in qua chorus conqueritur poetae fortunam, esse eum praemio dignissimum, quod aliis deferatur, qui fabularum ejus expilatione victoriam adepti sint; studere eum omni modo, ut patriae salutem afferat. Quod in Pacis parabasi reliquarumque fabularum inest, in eo eadem poetae ratio apparet, ut diutius in hac re versari supervacaneum esse videatur. Ne quis igitur quaesiverit, quae et qualis sit parabasis summa, aut quid sibi voluerint poetae in ea adhibenda, cum ex eis, quae disputata sunt, conflari debeat, aut laudes poetarum praedicari, si quid in arte aut civitate perfecerint, aut etiam aemulos gloriae derideri. Sed pergamus ad reliqua.

5.

Deinceps, ut est propositum, de genere dicendi dicatur, quale antiqui comici adhibuere. Qua in re definienda ne falli videamur, major quaedam cura adhibenda est. Optime autem, quod volumus, consequi possimus, si dicendi genus, quo illa aetas uteretur, quodque aliquatenus ad comicos pertineret, paucis explicuerimus: ut tota res repetenda altius videatur. Tullius, hujus rei intelligentissimus, breviter quidem, sed accurate significavit orationem ejus temporis, quo antiqua comoedia floruit, ut non dubitemus verba ejus apponere: [1] quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam

1. In Bruto VII.

causam interdum subobscuri. Quod idem scriptor alio loco, quo tria genera dicendi exponeret, disputavit, omnino tale est, ut referri huc possit; est autem locus ille hujusmodi: [2]. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate, et majestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graves ad permovendos et convertendos animos instructi et parati. Quae omnia si consideramus, facile adducimur, ut singularem illius aetatis orationem dicamus, quae, quemadmodum in Aeschylo, Thucydide aliisque cognoscitur, amplitudine, copia, gravitate, ornatu excelleret, in qua vis maxima esset, ut tractare animos omnique modo permovere posset. Sequi enim naturam maluit, quam ad artem accommodari, ut non mirum esse videatur, quod figuris atque luminibus dicendi frequenter usa sit, cum non admittantur aut raro adhibeantur eae orationis partes, quae cum arte quadam usurpari soleant. Haec autem oratio, qualis descripta est, quantum in comicis poetis appareat, jam erit dicendum, si prius monuero, quomodo jam tum adeo excoli potuerit. Omnino autem tenenda est ratio eorum, qui Homeri carmina aliorumque poetarum publice decantarent, aut etiam pueris ediscenda traderent, ut omnium judicium informari posset. Adde ipsius sermonis naturam, rei publicae statum, omnem vivendi morem, alias res: non difficile erit ad explicandum, jam Democritum ornate locutum esse [3]. et clarissimis verborum luminibus usum, [4]. Empedoclem poetica locutione laudem habuisse. Sed ad instituta pergamus. Erit autem proposito aptissimum, si nos referamus ad eos, qui clarissimi merito habeantur, antiqui generis poetas, ut initium fiat a Cratini dictione. Quae qualis fuerit, recte judicasse videmur, si admirabili ubertate et locupletissima copia fuisse dixerimus, cui immiscerentur dicendi lumina, ut etiam tragicorum et lyricorum spiritu ferri vellet. Quod quidem intelligi debet ex Anonymi verbis, quae in hunc modum conscripta sunt: πολὺς δὲ καὶ τῆς τροπῆς τυγχάνει, [5]. et alibi: γέγονε δὲ ποιητικώτατος, κατασκευάζων εἰς τὸν Αἰσχύλου χαρακτῆρα. [6]. Quid autem sibi voluerit scriptor ille quodque dicendi genus significaverit, non est, quod haereamus, cum verborum sensus apertus sit

2. Orat. ad M. Brutum V. 3. De Orat. I. 2. 4. Orat. XX. 5. Apud Dindorf. pag. VIII. 6. Ibid. pag. IX.

nihilque aliud expresserit, quam sententiarum gravitatem, poetici sermonis magnificentiam et tragicae poesis spiritum, qui Aeschylum imitaretur. Sed etiam Aristophanes, quo quis possit esse gravior testis, indicare voluit, quid de Cratini sermone sentiret. Habemus enim hos versus: [7]

ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους·
ᾆσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν, Δωροῖ συκοπέδιλε,
καὶ, τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

quibuscum comparari possunt, quae in Ranis leguntur: [8]

μηδὲ Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου γλώττης βακχεῖ' ἐτελέσθη.

Qua in re qui plura discere vult, habebit Meinekium, ex quo aliorum etiam scriptorum testimonia peti possint: [9] transeamus ad Eupolidem. Ejus autem dicendi genus ut perspiciatur, non diu quaerendum est, cum idem Anonymus auctor sit, eum uti voluisse orationis sublimitate et gravitate, cum lepore conjuncta, ut aliorum poetarum maximeque Cratini atrocitatem leniret. Quod ne temere dictum videatur, legantur haec verba: [10] *ὥσπερ δέ ἐστιν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκέμματα λίαν εὔστοχος.* Quantum autem Aristophanes dicendo valuerit, non indigemus testium auctoritate, cum cuique enim adeundi copia facta sit, atque ex eis, quae praefati sumus, omnis ejus virtus appareat. Sed tamen placet nonnulla afferre, quae rem nostram attingant. Quod in universum dicatur, adhibet ille omnes dicendi modos mira varietate, ut modo humillima socci oratione incedere, modo altissimo tragicorum et lyricorum spiritu ferri soleant. Ac si quis singula circumspicere velit, quantum ei tribuendum sit, intelligi maxime potest. Ut enim omni arte diligentiaque utebatur, qua fabulas componeret, ut magna laude dignus haberi debeat: sic in orationis genere talis exstitit, qui omnem venustatem consequi vellet, quique se applicaret ad eum dicendi morem, quem Atticorum purissimum esse dicimus. Quae quidem laus eo magis elucet, quo saepius vocabula reperiuntur et locutiones, quae omnino in ludicris sunt. Quis est enim, qui non adverterit verborum lusus, similes eorum exitus aliasque res, quae poetae consilio aptissimae videan-

7. Equit. v. 528. seqq. 8. Ran. v. 357. 9. Quaest. scen. specim. I. pag. 20. 21.
10. Apud Dindorf. pag. VIII. conf. pag. X.

tur? Huic enim nonnunquam consentaneum fuit, ut ii etiam sermones, qui apud infimos homines valere solent, immiscerentur, atque vocabula componerentur, qualia nunquam audita essent, quaeque pro monstris haberi debeant. Quod autem maxime miramur, adhibet poeta in dicendo omnes eas sermonis discrepantias, quibus Graeci uterentur, ut non repudiet, si quid res ferat, aut Byzantinorum, aut aliarum gentium orationem. Quid inde efficiatur, in promptu est, cum hoc modo fieri posset, ut omnes sententiarum rationes exprimerentur. Neque ineptum dicendum erit, si servus, cujus ingenio durior sermo conveniens sit, Doriensium oratione utitur, aut si quis vehemens gaudium effundere proponitur. Jam vero explicandum est, quanta ejus ars fuerit in tragicae orationis usu. Sed quoniam exempla supra allata sunt, ex quibus perspici potest, ad quantam animi elationem et chori et alii fabularum loci sese attollant, quacum dicendi genus optime congruat, non opus est hujus rei explicatione. Quam docte autem atque audacter poeta tragicorum orationem traduxerit, ut etiam imitari non abnueret, qui accuratius cognoscere cupit, is adeat Ranarum fabulam in eaque re consulat, quod Welckerus ad multos ejusdem locos diligenter annotavit.[11] Reliquum est, ut de nonnullis aliis poetis adjiciatur, quantum in dicendi genere elaborarint. Fertur eorum Phrynichus talis fuisse, qui singulari elegantia et eximio vigore conspicuus esset, ut Meinekii verba mea faciam,[12] quique eis annumerandus esset, quorum opera antiqua comoedia maxime excoleretur.[13] Quaecunque autem ei objiciuntur, quamvis gravissima sint, tamen cum eis sentire non dubito, qui ex mutuo obtrectandi studio, quale apud comicos usitatum esset, fluxisse putarint. Major etiam laus Platoni tribuatur, necesse est, si fidem habeamus eis, quae veteres de ejus gloria tradidere. Sunt enim testes locupletissimi, adhibuisse eum λαμπρὸν χαρακτῆρα in fabulis, ut merito ad Cratini laudes accessisse habendus sit, id quod fragmentorum indole satis firmatur.[14] Adjungatur unus Pherecrates, cujus virtus in dicendo tanta fuisse perhibetur,

11. F. G. Welcker, Anmerk. zu den Fröschen, S. 111. ff. 12. Quaest. scen. specim. II. pag. 7. 13. Apud Dindorf. pag. X. 14. Quaest. scen. specim. II. pag. 12.

ut ἀττικώτατος dici posset, neque discrepat ab eo, quod traditum est, fragmentorum natura, quae omnino elegantem eum fuisse doceant.[15]

Quod postremo adjungi debet, id ad metrorum rationem pertinet, cujus quidem tanta est laus, ut etiam cum tragicorum comparari possit. Facillime autem, quod volumus, intelligetur, si quis utriusque generis choros, quomodo instructi compositique sint, contulerit. Sunt igitur metrorum modi, quos comici poetae adhibere voluerunt, omnino ad artem instituti nihilque a tragicis videntur differre, nisi quod majorem facilitatem ac varietatem prae se ferunt. Quod autem de omnibus dictum est, hoc maxime ad Aristophanem referatur, qui cum in multis, tum in hac re sibi deesse non vellet; qua re jure tanquam ἄριστος τεχνίτης laudatur.[16] Ex hac ejus praestantia, quae omnibus fabulis docetur, optime efficitur, quid eum impulerit, ut omnes eos aut Dithyrambicos aut Tragicos vehementer exagitaret, qui novae metrorum rationi studerent, relicta prioris aetatis integritate. Hinc igitur illa Agathonis irrisio, cujus tanta mens in molles Asiae modos incumberet, quae eo justior dicenda est, quo majorem gloriam ipse Aristophanes in hac arte adipiscebatur. Nec dubium est, quin musicorum ope multae facetiae jacerentur, quae omnino nos latere debebunt. Sed ut aliorum quoque poetarum mentio fiat, tribuit Cratino Meinekius metrorum rationem grandem et magnificam;[17] quid de Phrynichi arte judicandum sit, non facile efficiatur, cum desint, quibus nitatur judicium; fortasse tamen alicujus momenti est, quod quaedam versuum formae nomen ab eo duxerunt. De metro Pherecrateo multa apud Hermannum in libro clarissimo accurate disputantur, ut res ne verbo quidem indigeat.

Quod de antiqua comoedia dicendum videbatur, id fere diximus.

---

15. Ibid. pag. 32. 16. Apud Dindorf. pag. XII. 17. Quaest. scen. specim I. pag. 21.

V.

Media comoedia. (ἡ μέση κωμῳδία.)

1.

Quod supra demonstratum est, intelligi non posse, quid in quoque comoediarum genere inesse videatur, aut quae sit cujusque natura, nisi prius civitatis status descriptus sit, et totius vitae, ad quam quodque pertineat, ratio explicata: eo satis defendetur id, quod de tempore praemonebitur, in quo media comoedia florere coepit. Sed quale illud quidem fuerit, repetendum altius videtur. Nobilissima de clade, quam Athenarum exercitus ad Syracusas acceperant, cum nuntius perlatus esset, primo nusquam audiebatur, quia nemo fidem habebat rei, quae praeter omnium opinionem accidisset. At vero interjecto tempore cum unum et idem traderetur, neque amplius de veritate dubitari posset, omnium animi gravissime commovebantur. Hinc terror maximus, moeror acerrimus.[1] Singuli enim cives, quo quid possit esse tristius, deplorant filios aut mortuos aut captivos, omisso eorum desiderio, quibuscum conjunctissime viverent; tota civitas conqueritur de sorte sua, quod omni auxilio destituta sit nihilque habeat, quo publica salus sustentari possit. Periit flos juventutis, periere fortissimi duces, est penuria subsidiorum, quibus classis parari possit, denique desunt omnia, quae acceptum damnum resarciant.[2] Accedit sociorum ratio, qui, cum Athenienses afflictos atque etiam exhaustos viderent, datae occasioni deesse nolunt, ut adversariorum partem sequantur omniaque agant, quibus dominorum arrogantia acerbe imminuatur.[3] Adjungitur ad haec mala, quod hostes cum Tissapherne ac rege Persarum foedus sanciunt, quo facilius Atheniensium classem profligarent:[4] quae quidem res satis feliciter illis cessit.[5] Haec et talia circumspicienda sunt, ut appareat, quam vehementer tota res publica labefactari potuerit, atque omnes in eo, quod agere atque sentire consuessent, perturbari. Inducebantur enim eo, ut

1. Thucyd. VIII. 1. 2. Id. ibid. 3. Thucyd. VIII. 2. 4. Thucyd. VIII. 13. 5. Id. VIII. 28. 29. 36.

omnem salutem in manus hominis traderent, qui jam olim perverse beneficiis patriae usus esset. Alcibiades igitur, quem dicimus, tantum valuit apud cives suos, ut etiam civitatis formam mutare posset. Quod ut perficeret, multas artes adhibuit, quae bono cive prorsus indignae haberi debeant. Adiit enim Tissaphernem, cum in Lacedaemoniorum venisset suspicionem, eique persuasit, ut parcius solveret pecunias, quibus Peloponnesii ad res suas augendas uterentur,[6.] cum probe cognovisset, fore, ut hoc modo cum civibus suis in gratiam redire posset. Quod idem communicavit cum amicis, qui apud Samum commorabantur, adjecto, se Tissaphernem patriae conciliaturum esse, si ipse urbe exciperetur, atque optimatium potestas constituta esset, sublato populari imperio.[7.] Cujus quidem rei fama cum Athenas pervasisset, omnium movit admirationem, cum multi ira exardescerent, quasi res civitate indigna esset, alii aliter perturbati viderentur. Nec tamen fefellit spes hominem audacissimum, cum consequeretur, quod sibi proposuisset. Studebat enim pro virili parte, ut primum Sami rei publicae forma, qualis significata est, institueretur; quod cum perfecisset, Athenas mittebantur, qui tanta celeritate munere fungerentur, ut, quo resisti posst, tempus non daretur.[8.] Quae quidem constitutio qualis fuerit, Thucydides luculenite ostendit, qui omnem potentiam narrat traditam esse quinque millibus civium, quorum summum esset officium, ut patriae saluti omni modo inservirent, ex quibus electus sit senatus quadringentorum virorum, cujus omnis auctoritas in rerum publicarum administratione posita esset.[9.] Sed cum omnia ratione animoque lustraveris novamque imperii formam perpenderis, in promptu est, non diu stare potuisse, quae tanta celeritate atque etiam temeritate in civitatem invecta esset. Quid igitur evenit? multi populi, ad quos pervenerat, eam tollere properabant, ut etiam Sami prioris sententiae mutatio fieret. Ibi enim, Thrasybulo et Thrasyllo potissimum auctoribus,[10.] res eo deducta est, ut populi imperium restitueretur, cum paucorum administratio et libertati perniciosa et saluti communi minus accommodata esse videretur; mittunt etiam Chaeream quendam in urbem, qui, quod milites

6. Thucyd. VIII. 45. 46. Plutarchi Alcibiad. c. 25. 7. Id. VIII. 47. 48. 8. Thucyd. VIII. 65. 67. 9. Id. VIII. 68. 70. 10. Thucyd. VIII. 76. 80.

vellent, civibus significaret. Ipse cum in portum Piraeum delatus esset, multa perpessus est, quae animum paucorum et infensum et crudelem exprimerent, cum nonnulli sociorum aut capti essent, aut etiam in alias naves transvecti, atque ipse reditum parare cogeretur. Sed reversus Samum nihil omittebat, quo tradendis eis, quae expertus esset, animos incenderet, ut milites, adjunctis Sami incolis, sacramento adigerentur, se fulcire velle populare imperium, quadringentos vero pro hostibus habere nihilque admittere, quo redire in gratiam possent. Cum tanta esset dissensio, nihilque prodesset, quod Alcibiades ad permulcendos animos tentasset, facile fieri potuit, ut virorum, quos saepe dicimus, potentia labefactaretur, neque superesset quidquam, quo sustineri posset, cum praesertim Theramenes et Aristocrates alteram eandemque validiorem partem sequi incepissent. [11.] Quas Theramenes orationes habuit et victoria, quam Lacedaemoniorum classis reportavit, fecerunt, ut magistratu se abdicarent quadringenti [12.] omnemque civitatis administrationem aut quinque millibus traderent, aut eis, qui plena arma parare possent. [13.] Quid autem dicendum est, cum belli Peloponnesiaci finis adductus esset, quo post multas fortunae vicissitudines omnibus malis civitas obrueretur: amissus erat principatus, amissae possessiones, classes, copiae, erepta omnino libertas, quoniam exhausta urbs, quae olim universae Graeciae dux fuisset, ad nutum superbae dominae se applicaret. [14.] Constituitur enim nova civitatis regendae ratio, deleguntur triginta viri ad leges ordinandas, malas abrogandas, novas, quae necessariae viderentur, ferendas. [15.] Sed cum ad rem publicam accessissent, nihil omnino fecerunt, quod in officio esset; differunt negotia, occupant omnes magistratus, impetratisque corporis stipatoribus, non modo malos cives supplicio afficiunt, verum etiam bonos innocentissimosque direpta re familiari. [16.] Nec vero satis est: eo immanitatis, qua quid possit esse detestabilius, progrediuntur, ut, cum civitatis principes exsules esse jussissent, aut odio, aut aviditate, etiam interdicant propinquis, ne suos sepeliant eorumque funeribus justa solvant. [17.] Communium rerum quam graves casus! Lacerarunt omni scelere

11. Id. VIII. 92. 93. 12. Thucyd. VIII. 95. 96. 13. Id. VIII. 97. 14. Xenoph. Hist. Graec. II. 2. 3. 15. Id. II. 3. 16. Xenoph. l. c. 17. Id. l. c.

patriam, et in ea funditus delenda occupati fuerunt. Quae omnia qui accuratius cognoscere vult, is habebit plurima perdiligenter apud Xenophontem scripta. Quot autem et qualia fuerint vitae privatae mala, aut quam vehementer res domesticae afflictae, ejus rei auctor est idem scriptor, cujus mentio facta est. Is enim tradidit,[18] eos ipsos cives, qui cum splendore vivere consuessent, coactos esse, ut mercedem manuum opera quaererent, alii alia ratione vitam tolerarent, cum amissae essent externae possessiones, neque habitationes propter caritatem nummorum et hominum inopiam locari possent, et pecuniae mutuo sumi. Quid inde secutum sit, id bene exposuit Boeckhius,[19] qui idem omnem civitatis felicitatem evanuisse putat, quod mercatura et navigatio coercita fuerit.[20]

2.

Sed cum omnia, quae de re publica disputata sunt, animo comprehenderis, ex quibus appareat, quam male affecta fuerit, non facile te fugiat, quomodo poesis genus, quod populare supra dictum in publica vita omnino niteretur, paulatim decrescere potuerit. Conciderat omnis res publica, praeterierat illa aetas Periclea, quae ad cultum antiqui comoediae generis gravissima esset, cum multa praebuisset, quibus id maxime florere posset. Erat enim civitatis forma ex libidine constituta, erant populi moderatores avari, omnibus rebus ad arbitrium relatis, erat nova dicendi ratio, ad Sophistarum morem composita. Omni modo enitebantur comici, cum data esset occasio, ut priscae aetatis integritatem defenderent, quam potissimum sequerentur. At vero cum res eo deducta esset, ut pauci administrarent civitatem, imo lacerarent omni scelere, nihil omnino obstabat, quo minus novus idemque perniciosus agendi atque sentiendi modus in civitatem irrueret, cujus usum a patria depellere antiqua comoedia studuisset. Accedit, ut, quod sceleratissimi homines committerent, quodque omnibus civibus immineret, id omnem hilaritatem, petulantiam, audaciam, qua poetae olim

18. Memorab. Socrat. II. 7. 8.

19. Die Staatshaushaltung der Athener, von A. Böckh, Band I. S. 128.

20. Dieselbe, Band I. S. 493.

uterentur, plane exstingueret, sublato cujusque sensu, quo gentem suam diligeret. Sin igitur contentio quaedam et comparatio fit, ut explicetur, quid in eo, quod modo excultum est, comoediae genere inesse videatur, aut quae sit ejus natura: habebimus, quo justam viam ingredi possimus. Quod paucis praemoneatur: poetae, cum fracta esset populi libertas, novam ludendi materiam circumspiciebant, quae nihil haberet, quo impotentes homines offenderet. Sed de his infra dicatur. Referamus nos ad definiendum genus, quod medium vocari solet, quod quamvis nonnulli viri prudentes fuisse negaverint,[1] tamen ne ita statuatur, multa nos prohibent, quemadmodum ex eis, quae deinceps sequentur, facile intelligatur. Quod ut perficiatur, audiamus in primis Anonymi doctrinam, quae hujusmodi est:[2] *λοιπὸν δὲ τῆς δημοκρατίας ὑποχωρούσης ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς Ἀθήνας τυραννούντων καὶ καθισταμένης ὀλιγαρχίας καὶ μεταπιπτούσης τῆς ἐξουσίας τοῦ δήμου εἰς ὀλίγους καὶ κρατυνομένης τῆς ὀλιγαρχίας ἐνέπιπτε τοῖς ποιηταῖς φόβος. οὐ γὰρ ἦν τινὰ προφανῶς σκώπτειν, δίκας ἀπαιτούντων τῶν ὑβριζομένων παρὰ τῶν ποιητῶν. ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τὸ δρᾶμα. καὶ διὰ τοῦτο ὀκνηρότεροι πρὸς τὰ σκώμματα ἐγένοντο καὶ ἐπέλιπον οἱ χορηγοί.* Quid autem choragia sublata, de qua postea uberius exponetur, valuerit ad commutandum comoediae genus, cum chori partes paene omnes detraherentur, id idem grammaticus his verbis attigit:[3] *καὶ ἐπέλιπον οἱ χορηγοί. οὐ γὰρ ἔτι προθυμίαν εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας χειροτονεῖν. τὸν γοῦν Αἰολοσίκωνα Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ὃς οὐκ ἔχει τὰ χορικὰ μέλη. τῶν γὰρ χορηγῶν μὴ χειροτονουμένων καὶ τῶν χορευτῶν οὐκ ἐχόντων τὰς τροφὰς ὑπεξῃρέθη τῆς κωμῳδίας τὰ χορικὰ μέλη καὶ τῶν ὑποθέσεων ὁ τρόπος μετεβλήθη — οἱ δὲ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιηταὶ καὶ τὰς ὑποθέσεις ἤμειψαν καὶ τὰ χορικὰ μέλη παρέλιπον, οὐκ ἔχοντες τοὺς χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορευταῖς παρέχοντας.* Quo propius etiam ad id, quod volumus, accedatur, legantur haec, ex quibus appareat, quid sibi voluerit tota ratio:[4] *σκοποῦ γὰρ ὄντος τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τοῦ σκώπτειν δήμους καὶ δικαστὰς καὶ στρατηγούς, παρεὶς ὁ Ἀριστοφάνης τοῦ συνήθως ἀποσκῶψαι διὰ τὸν πολὺν φόβον Αἴολον τὸ δρᾶμα, τὸ γραφὲν τοῖς τραγῳδοῖς, ὡς κακῶς ἔχον διασύρει. τοιοῦτος οὖν ἐστὶν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* Non possum, quin alia

2. Apud Dindorf. pag. V. VI. 3. Ibid. pag. VI. 4. Ibid. pag. VI.

plura ejusdem scriptoris addam, quibus res omnino dilucere possit: [5] *ὑποθέσεις μὲν γὰρ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ἦσαν αὗται. τὸ στρατηγοῖς ἐπιτιμᾷν καὶ δικασταῖς οὐκ ὀρθῶς δικάζουσι καὶ χρήματα συλλέγουσιν ἐξ ἀδικίας τισὶ καὶ μοχθηρὸν ἐπανῃρημένοις βίον. ἡ δὲ μέση κωμῳδία ἀφῆκε τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, ἐπὶ δὲ τὸ σκώπτειν ἱστορίας ῥηθείσας ποιηταῖς ἦλθεν. ἀνεύθυνον γὰρ τὸ τοιοῦτον. οἷον διασύρειν Ὅμηρον εἰπόντα τι, ἢ τὸν δεῖνα τῆς τραγῳδίας ποιητήν. τοιαῦτα δὲ δράματα καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ ἔστιν εὑρεῖν, ἅπερ τελευταῖον ἐδιδάχθη λοιπὸν τῆς ὀλιγαρχίας κρατυνθείσης. οἱ γοῦν Ὀδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς Ὀδυσσείας Ὁμήρου. τοιαῦται γὰρ αἱ κατὰ τὴν μέσην κωμῳδίαν ὑποθέσεις εἰσίν. μύθους γὰρ τινας τιθέντες ἐν ταῖς κωμῳδίαις τοῖς παλαιοτέροις εἰρημένους διέσυρον ὡς κακῶς ῥηθέντας· καὶ τὰς παραβάσεις παρῃτήσαντο, διὰ τὸ τοὺς χορηγοὺς ἐπιλεῖψαι, χορῶν οὐκ ὄντων.* Insuper referri huc debent, quae de Cocali fabula tradita sunt, cujus argumentum tale fuisse perhibetur, ut, quod propositum est, illustrare possit. Audiantur igitur haec: [6] *Πρῶτος δὲ καὶ (Ἀριστοφάνης) τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν,* deinde illa quidem: [7] *ἐγένετο δὲ καὶ αἴτιος ζήλου τοῖς νέοις κωμικοῖς, λέγω δὲ Φιλήμονι καὶ Μενάνδρῳ. Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγικοῦ,* (sic enim legendum pro *χορηγοῦ*) *ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων πρὸς τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τοῦτο αὐτό (αἴτιον γὰρ κωμῳδίας τὸ σκώπτειν τινάς). ἔγραψε κωμῳδίας τινάς, Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμόν, καὶ τἄλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος.* Utrum autem Cocali fabula ad mediam, an ad novam comoediam pertinuisse videatur, quaeri non debet, cum omnem dubitationem sustulerit Grauertus his verbis: [8] At Aristophanis fabula, quamquam inductis *φθορᾷ* et *ἀναγνωρισμῷ* magis varia ejus compositio facta est atque artificiosior, ipsa tamen tota mediae adhuc comoediae est, et ob argumentum et ob argumenti tractationem: grammatici enim verbis semidocti quis fidem magnam adhibuerit?

Omnino autem, quo tota res conficiatur, Pluti fabulae mentio fiat, in qua quid inesse videatur, paucis adjiciatur necesse est. Descripsit quidem Aristophanes in Pluto, id quod facile perspiciatur, aequalium vitia exhor-

5. Ibid. pag. VII. 6. Ibid. pag. XV. 7. Ibid. pag. XVII. 8. Vid. Rheinisches Museum, Jahrgang II. Heft 4. S. 509.

tatusque est, ut ista declinarentur, sed tamen multa insunt, quibus a reliquis fabulis differre appareat. Itaque probe definitur a Rittero argumentum, cum omnem vim comicam cadere dicit in insanam ditescendi cupiditatem, quae tum fuisse dicatur, et ineptum lucri studium.[9] Sed is, qui censorias libri partes suscepit, paulo aliter rem explicuit, hoc modo disputans:[10] allerdings in so fern wahr, als jener Wunsch, nur die Gerechten möchten der Genüsse durch den Reichthum theilhaftig werden, wohl meist durch die eigene Begierde nach derlei Glücksgütern rege gemacht wird, und jeder ist sich dann der würdigste, weil er sich nach den zehn Geboten und vermittelst einiger freien Wendungen leicht vor sich rechtfertigen kann. Aber richtiger und bestimmter sieht man als den wahren Inhalt des Plutus an: Die Darstellung der Verkehrtheit und Richtigkeit des gemeinen Wunsches, die sogenannten Glücksgüter und besonders der Reichthum möchten nach Verdienst vertheilt sein, so daß nur die Gerechten und Braven sich ihrer zu erfreuen, die Schlechten aber Mangel und Noth zu leiden hätten. Quae autem vitia exagitantur, ea non singulos homines attingunt aut solos Athenarum cives, sed ejusmodi sunt, ut ad omnes Graecos referri possint atque etiam omnibus fere temporibus cognosci. Ex quo intelligitur, quam optime rem assecutus sit grammaticus, qui, quod vellet, ita significaret: *καὶ γὰρ τὸ τούτου δρᾶμα ὁ Πλοῦτος νεωτερίζει κατὰ τὸ πλάσμα. τήν τε γὰρ ὑπόθεσιν οὐκ ἀληθῆ ἔχει καὶ χορῶν ἐστέρηται· ὅπερ τῆς νέας ὑπῆρχε κωμῳδίας.* Quod igitur supra pluribus verbis demonstratum est, ceteras nostri poetae fabulas in rebus, quae ex re publica vitaque communi sumerentur, totas versari, unde existeret magna totius generis petulantia atque etiam acerbitas, idem non valet de ea, quam dicimus, fabula, cujus omnis ratio talis sit, ut *ὑποθέσεις* tractare sive vitam moresque universos describere voluerit. Quantum autem ex Pluti argumento elici potuerit, ut probaretur, nos emendationem secundam legere, quae ad medium genus omnino pertineret, tantum acute Ritterus perfecit, qui omnem quaestionem probe absolverit.[12]

9. De Aristophanis Pluto Dissertat. ed. Fr. Ritter. pag. 5. 10. Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, von J. C. Jahn. Jahrgang IV. Bd. 3. Heft 3. S. 305. 11. Apud Dindorf. pag. XIII. conf. pag. XVII. 12. De Aristophanis Pluto, pag. 46. seqq.

Reliquum est, ut aetas significetur, in qua medium genus maxime floruerit, atque etiam poetarum nomina, qui praecipui fuerint, adjiciantur. Qua in re habemus Meinekium, qui viam muniverit, quam ingredi possimus, ut verba ejus nostra faciamus: [13]. Succedat jam media, quam veteribus criticis dicere placuit, comoedia, cujus aetatem ita definire licebit, ut circiter ab Olymp. XCVII. usque ad proelium Chaeronense h. e. Olymp. CX. 3. pertinuerit. Hujus aetatis poetae ab Anonymo de Com. pag. XXVIII. numerantur septem et quinquaginta, fabulae autem septendecim supra sexcentas, repugnante Athenaeo, qui Lib. VIII. pag. 336. d. se plus octingentas mediae comoediae fabulas legisse narrat. Itaque videndum est, ne apud Anonymum in numeralibus erratum et pro χιζ legendum sit ωιζ h. e. 817., qui numerus jam cum eo, quem Athenaeus posuit, optime concordat. Sunt autem nomina poetarum illa quidem: [14]. Ararus, Alexis, Antiphanes, Amphis, Anaxandrides, Axionicus, Augeas, Anaxilas, Antidotus, Archidicus, Calliades, Callicrates, Cratinus junior, Dromo, Epicrates, Ephippus, Epigenes-Eubulus, Eubulides, Eriphus, Heraclides, Heraclitus (nisi apud Athenaeum X p. 414. d. Ἡρακλείδης legendum est), Heniochus, Mnesimachus, Nicostratus, Ophelio, Philippus, Philiscus, Philetaerus, Sophilus, Sotades, Stephanus, Strato (?), Timocles, Timotheus, Xenarchus. Ex eorum numero primas detulerunt Antiphani et Alexidi, quorum summa esset laus in genere suo; sed tamen Anonymus, cujus auctoritatem infringere nolimus, longe aliter judicavit his verbis: [15]. τούτων δέ εἰσιν ἀξιολογώτατοι Ἀντιφάνης καὶ Στέφανος. At vero aut ipse erravit in his tradendis scriptor ille, quemadmodum alii monuerunt, aut librariis vitio dandum est, quapropter recte omnino statuerunt, qui Alexin Stephani loco ponendum putaverint.

---

13. Quaest. scen. specim. II. pag. 2. 14. Ibid. pag. 5. 15. Apud Dindorf. pag. XI

3.

Jam eo perducta est nostra disputatio, ut de sententiarum natura, qua medii generis poetae usi sint, atque personas describendi ratione paulo explicatius dicatur. Totum autem genus, cum medium interpositum sit, et priorem et posteriorem aetatem attingit, ut utrique conjunctum esse videatur; quod idem cadit in alias artes, quarum ut quaeque ad diversum tempus maxime pertinet, ita maxime utriusque naturam prae se ferat. Sed tamen omnia insunt in hoc genere, quod dicimus, quae jure desiderentur, cum habeat et veritatem et pulcritudinem. Veritas autem illa, ut paucis dicatur, ea est, quae ad animi leges accommodatissima sit neque unquam mutari possit; pulcritudo talis, quae externae formae perfectione cernatur. Unde fit, ut ambae inter se segregari non queant, cum habeant, quo nectantur, atque in contemplando conjunctae appareant. Sunt autem species quaedam, quae omnium in mentibus insideant, quaeque in rebus ad artem perfectis eluceant. Sed ut redeamus, unde deflexîmus: habent illa medii generis monumenta veritatis ac pulcritudinis leges, quas admirari solemus. Quod supra docuimus, contentione quadam et comparatione facta, antiquam comoediam multa continere, quae ad tragoediam accedant, id maxime ad medium genus pertinere videatur, quod quasi positum sit inter tragoediae gravitatem et antiqui generis amarulentam dicacitatem. Quod eo magis intelligetur, si consideraverimus, omissa republica vitaque communi, omnem ludendi fontem, quem aperire liceret, in parodia constitisse, h. e. in seriorum carminum derisione. Qua in re qui palmam accipere voluerunt, eis omnino opus erat facetiarum multitudine ingeniique acumine. Nec habuissent poetae ludendi ullum argumentum, nisi in hac re versari potuissent, quae quidem adeo copiosa esset, ut semper praeberet, quod tractari posset. Quo maxime autem in studio adjuvebantur poetae, omnes artium ingenuarum tam periti erant, ut ex tragicis vix proponi posset, quod non assequerentur. Quod igitur et quale fuerit sententiarum genus, quo medii uterentur, de eo ambigi non potest, cum in omni re atque in moribus descriptis personisque delineatis festivitas illa appareat. Sed ut nonnulla exempla afferantur, quibus, quod volumus, probetur: comparari possunt Carionis verba, quibus is de sorte sua conqueritur atque dolet, quod do-

mino male sano adjunctus sit.[1] Deinde ejusdem oratio tenenda est, qua omnis Jovis potentia subjuncta sub imperium Pluti ditionemque traditur.[2] Ne plura addam, legendus inter alios est is locus, quo idem Cario, quid sibi in templo evenerit, diligenter exponit.[3] Persaepe etiam fit, ut poeta ad pristinam dicacitatem revertatur, non oblitus libertatis, qua prius, oblata occasione, ex animo usus esset. Possunt autem referri huc versus, qui vetulam et adolescentem exagitant, quorum hic, amoribus olim captus, amatam repudiat quidem, sed ejus impetu liberari potest.[4] Insuper alius locus memorandus est,[5] cujus haec ratio reperitur: cum Plutus in civitate justitiae munere fungitur atque bona dividit, sacra Jovi non amplius fiunt. Qui cum hoc cognovisset, Mercurium de coelo demittit, qui minis insequeretur homines, quod officio minus satis fecissent. Ipse autem nuntius, munere neglecto, minas in itinere deridet nihilque aliud curat, nisi ut ipse salvus sit. Quod ut consequi possit, amicitiam jungit cum Carione desertque officium suum Chremylo, qui omni felicitatis genere florere videretur. Sed cum is parum idoneus ad quamque rem perficiendam reperiatur, se convertit ad Carionis voluntatem, qui intestina eum in puteo eluere jubet. Quo in loco, quo accedere potest sacerdotis commemoratio,[6] qui, cum aram vacuam vidisset, Pluti partem sequi maluit, quo in loco, inquam, quam multa acerba dicta sint, intelligi maxime potest, cum ponderamus, Plutum talem significari, qui omnium deorum dominus atque humanae felicitatis auctor habendus sit. Quantum denique licentiae Aristophanes sibi servare voluerit, ut etiam singulos homines parcius quidem carperet, de eo pluribus infra dicetur. Toto autem illo, quod tractamus, sententiarum genere multa insunt, quae medios poetas ab antiqui generis sublimitate sentiendique gravitate delapsos ostendant; quod ne temere dictum videatur, conferantur sermones, quos Chremylus at Blepsidemus inter se habuerunt.[7] Hac in re, quod omnino tenendum est, haud leve discrimen cernitur utriusque comoediae.

1. Pluti init. 2. Ibid. v. 130. seqq. 3. Plut. v. 672. seqq. 4. Ibid. v. 1043. seqq. 5. Plut. v. 1100. seqq. 6. Ibid. v. 1173. 7. Ibid. v. 335. seqq.

Quod autem alterum genus attinet, in quo tragicorum spiritus nonnumquam percipitur, quodque antiquam comoediam maxime attingit: habemus extremam Pluti partem, quae huc pertinere videatur. Haec enim ejusmodi est, ut cum acerba irrisione conjungat tragicam commotionem. Reducitur Plutus in pristinam sedem, ubi ante funestum bellum collocatus erat; itineris socii sunt sacerdos fame laborans, vetula voluptatibus dedita, denique agrestes homines.[8] Magis etiam oratio ad commovendum composita est in Peniae verbis,[9] cujus ore ipse poeta loquitur, ut admoneat senes avaritia obcaecatos de vera vitae felicitate, quae in bonis inaequabiliter divisis consistat. Quantum denique poeta ex lyricis afferre voluerit, id cognosci maxime debet ex chori cantu valde imminuto.[10]

Adjiciatur mentio eorum poetarum, qui praecipui medio in genere fuisse traduntur, Alexidis et Antiphanis, ut, quid sententiis valuerint, intelligatur. Omnis autem quaestio paucis absolvi potest, cum habeamus, cujus doctrinam sequi possimus, Est autem Meinekius, qui de Alexide haec habet:[11] Neque quid veteres ea de re senserint compertum habemus, nisi quod festivitatis laudem ei tribuit Athen. II. p. 59. ff. idque rectissime fecisse Athenaeum, vel ex fragmentis perspicitur, quorum haec indoles est, ut Alexidis in summa ingenii ubertate mirum elegantiae omnisque generis facetiarum studium fuisse intelligamus. Idem scriptor, quid de Antiphane statuendum sit, nos docere voluit his verbis:[12] De poesi Antiphanis veteres ita judicarunt, ut eum et eloquendi et componendi arte praestitisse censerent, quemadmodum diserte testatur Anonymus de Com. p. XXX. *γενέσθαι δὲ λέγουσιν αὐτὸν εὐφυέστατον εἰς τὸ γράφειν καὶ δραματοποιεῖν.* Suavitatis et elegantiae laudem ei impertit Athen. I. p. 27. d. IV. p. 156. c. 186. d. fragmentorum indole egregie confirmatam. Non mirum igitur, cum una cum Alexide praestantissimum me-

8. Ibid. v. 1190. seqq. 9. Plut. v. 507. seqq. 10. Ibid. v. 288. 487. 639. 771. 11. Quaest. scen. specim III. pag. 29. 12. Ibid. pag. 51.

diae comoediae poetam habitum esse. V. Bibl. Coisl. p. 597. cll. Anon. l. l.

Jam vero accedamus, quod est gravissimum, ad explicandam rationem, qua personae in hoc genere descriptae videantur; de qua dicere aggrediar, si pauca prius de hominum tum viventium illusione dixero. Homines nominatim in Pluti fabula describi, in promptu est, tamen differt notandi ratio a veteris comoediae more. Qui enim in antiqua comoedia describuntur, ii homines *αὐτοπροσώπως* induci solent talesque sunt, qui vitiis per totam fabulam exagitandis obstricti maxime videantur. Hoc longe secus est apud medios poetas, cum neque homines *αὐτοπροσώπως* inducere vellent, neque personas certis hominibus simillimas formare, cujus rei testis est Anonymus, quo quem locupletiorem laudare possumus: [13] *οὐ μὴν οὐδὲ τὰ προσωπεῖα ὁμοιοτρόπως τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ κατεσκευασμένοις εἰσῆγον. ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα, πρίν τι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν, ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ· ἐν δὲ τῇ μέσῃ καὶ νέᾳ κωμῳδίᾳ ἐπίτηδες τὰ προσωπεῖα πρὸς τὸ γελοιότερον ἐδημιούργησαν.* Quid autem causae fuerit, cur prioris aetatis libertas frangeretur, ut, quem vellent, expresso nomine poetae non perstringerent, id quidem cuique perspicuum erit, qui publicae vitae rationes memoria repetere voluerit. Accedit, ut nonnulla evenirent, ex quibus tota res appareat, quaeque comicam licentiam intercidere possent. Traditum est enim, quemadmodum docti homines ostenderunt, Morychide archonte, Olymp. LXXXV. 1. legem esse latam, ne quis nominatim in comoedia derideretur, eamque Euthymene archonte, Olymp. LXXXV. 4. sublatam esse. Quo quidem fieri potuit, ut comoediae integritas paulatim rediret; brevi tamen post Syracusios quidam legem tulisse fertur *μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαστί τινα,* ad Olymp. XCI, 1. a Meinekio relatam. [14] Quae etsi non diu valuit, ea tamen secuta sunt tempora, quae poetarum audaciae pericula intenderent, ut admirabilis illa de Eupolidis nece fingi posset narratio, quae Anonymi hisce verbis contineatur: [15] *ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ'*

13. Apud Dindorf. pag. VII. 14. Quaest. scen. specim. I. pag. 34. 15. Apud Dindorf. pag. V. VI.

ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τὸ δρᾶμα. καὶ διὰ τοῦτο ὀκνηρότεροι πρὸς τὰ σκώμματα ἐγέ-
νοντο καὶ ἐπέλιπον οἱ χορηγοί. Qua de re copiose recentior scriptor exposuit, ut ne verbum quidem addi debeat.[16] Omnino autem, quae de certis legibus tradita sunt, quibus, ne liberius loquerentur, poetae prohibebantur,[17] omnia ea erudite explanavit Meinekius,[18] ut omnis quaestio absoluta videatur. Erat igitur tota temporum ratio, quae poetas comicos movere posset, ut a maledictis abstinerent, cum terror omnibus injectus esset, *ἐνέπιπτε*
τοῖς ποιηταῖς φόβος, quocirca *ψηφίσματι* illi *μὴ ονομαστὶ κωμῳδεῖν* nihil tribuendum est. Nec vero antiquum morem omnino deseruerunt poetae, vel lege coacti deserere debuerunt, restrinxerunt tantummodo, id quod in Pluti fabula videre licet. Notantur enim in illa, ut nonnullorum mentio fiat, Patrocles,[19] qui vitae turpitudine famosus esset; Agyrrhius,[20] qui cum antea obscurus fuerit, nunc ad aliquam in civitate potentiam perveniret; Philepsius,[21] qui pecuniam solventibus historias narrare soleret; Timotheus,[22] luxuriosus, cum aedes instar turris exstruxerit; Dionysius,[23] ut qui patriam sub crudeli imperio subjunxerit; Pauso tanquam pictor pauperrimrs;[24] Neoclides,[25] tanquam omni sceleris genere infamis, qui rem publicam vexaverit, tandem vero oculis privatus a concionibus exclusus sit; Eudemus,[26] ut qui annulos arte magica consecratos venderet.

Sed pergamus ad instituta, ut significetur, quae et qualis fuerit personarum descriptio. Quod omnino ex eis, quae modo vidimus, conflari et effici debet. Parcius mali pertringuntur, at vero

a. tales homines traducuntur parodiae lusu, qui in arte aut doctrina tractanda versati fuerint. Cujus rei testes sunt locupletissimi; ex quibus, ut ceteros omittam, Antiochus Alexandrinus librum scripsit *περὶ τῶν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν.*

α. Imperiti fabularum mythologicarum narratores ridentur. Hac autem inre, ut paucis dicatur, id maxime sequebantur poetae comici, ut quae

---

16. C. W. Lucas. Cratinus et Eupolis, pag. 85. seqq. 17, Apud Dindorf. pag. XVII
18. In libro modo laudato, pag. 35. 19. Plut. v. 84. 85. 20. Ibid. v. 176.
21. Plut. v. 177. 22. Ibid. v. 180. 23. Plut. v. 550. 24. Ibid. v. 602.
25. Plut. v. 665. 666. 716 — 726. 747. 26. Ibid. v. 884.

aliquantum ridicula essent, magis etiam augerent longiusque a rerum fide revocarent: quae vero seria sive tristia essent, in contraria prorsus i. e. ridicula detorquerent. (διέσυρον ὡς κακῶς ἔχοντας.) Nec vero injuste semper fecerunt, cum multa in fabulis κακῶς ῥηθέντα vidissent, sive ea, quae rerum fidem excederent, aut etiam inter se discreparent. His igitur aperiendis fieri potuit, ut fabularum auctores tanquam homines mendaces et insulsi luderentur. Ex quo intelligitur, historiam aut epicam aut tragicam, quae ad rerum fidem accederet, in comicam narrationem detorqueri non potuisse, quum omne argumentum ludicrum atque facetum in rebus fictis potissimum consisteret. Quo maxime autem adjuvabantur poetae, id pertinet ad sermonis et tragici et comici differentiam, cujus natura talis sit, ut ludendi largam materiam praebeat. Quis est enim, quem fugiat, quantum inter se distent quotidiamus ille ac vulgaris sermo, et gravis tragoediae et magnifica dictio, quae nonnumquam ad ipsum tumidum transeat, ut τραγικὸς λῆρος apud Aristophanem dici potuerit.[27] Ne quis vero antiquae comoediae morem, quo Homeri ac praecipue tragicorum loci ridicule transferebantur, quemadmodum Ranarum et Avium versibus pluribus doceri potest, ut omittam Hermippi studium, cujus quidem poetae acerbae Homericorum versuum parodiae satis apud veteres celebratae sunt: ne quis igitur illum morem cum mediae comoediae ratione miscere ac confundere velit. Neque enim ullum parodiae exemplum facile inveniatur apud antiquos comicos, quo tota cujusdam poetae narratio ac fabula ex mythologia sumta comice translata atque expressa fuerit. Sed tamen habebant illi, quo excitari medii possent; maxime vero ad Epicharmi exemplum se accommodabant, cujus multa opera in deridendis antiquissimarum fabularum scriptoribus collocata erat: id quod et testium auctoritate, et fragmentorum natura intelligi maxime potest. Quomodo autem rem suam instituerit, ut hoc comoediarum genus conformaret, in dubio esse non debet, cum facile sit ad conjiciendum, eum aut res ridiculas, si quas in fabulis vidisset, magis auxisse, aut tragicam narrationem in contrarium convertisse. Sed sunt alio loco a nobis disputata, quae huc pertinere possint; si quis vero plura discere volet,

27. Ran. v. 1037.

habebit Grysarium, qui exemplis tradendis totum illud explicuit.[28] Neque magis necessarium videri debebit, Epicharmi fabulas enumerare, in quibus Homeri, Hesiodi aliorumque poetarum narrationes exagitaverit, quum alius quidam hoc munere fungi voluerit.[29] Adjiciantur tandem nonnullorum poetarum fabulae, quae in hoc genere sunt: 30. Alexidis *Γαλατεία, Ἑλένη, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Ἡσιόνη, Λῖνοι, Μίνως, Ὀδυσσεὺς ὑφαίνων, Ὀρέστης, Τηθὺς, Τροφώνιος*: Anaxandridae *Ἀγχίσης, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θησεὺς, Λυκοῦργος, Νηρεὺς, Ὀδυσσεὺς, Πάνδαρος, Πρωτεσίλαος, Τηρεύς*: Antiphanis *Αἴολος, Ἀθάμας, Ἄλκηστις, Ἀνταῖος, Ἀσκλήπιος, Ἀφροδίτης γοναί, Βάκχαι, Βούσιρις, Γανυμήδης, Δευκαλίων, Κύκλωψ, Μειλανίων, Μελέαγρος, Μήδεια, Οἰνόμαος, Ὀμφάλη, Ὀρφεὺς, Σαπφώ, Φάων, Φιλοκτήτης*, aliorum aliae multae.

Referamus nos ad eos poetas, qui ad longiores et perfectiores parodias primi vim suam ingeniumque accommodasse videantur. Ex eis omnino nominandus est Cratinus, cujus fabula *Ὀδυσσεῖς* inscripta etsi florente comoedia antiqua docta est,[31] tamen medii generis *τύπῳ* signata reperitur. Cum proposito nostro minus consentaneum sit diu multumque quaerere, quare poeta in inscribenda fabula plurali numero usus sit,[32] aut quinam alii poetae fabulas eodem nomine docuerint,[33] ad rem ipsam properamus, ut significetur, quid sibi voluerit poeta. Quod Platonius diserte tradit, habet illa quidem comoedia *διασυρμὸν τῆς Ὀδυσσείας τοῦ Ὁμήρου*; sed ne quis inde colligat, quo facile induci possit, quasi fabulae Cratineae prorsus idem, quod Cyclopis Euripidei, argumentum fuisse videatur. Quo minus ita statuatur, res ipsa cognita docebit, cum Euripides omnino ad Homeri narrationem se applicaret, Cratinus vero, ut propositum assequeretur, in plurimis rebus ab exemplo recedere deberet. Est igitur nona Odysseae rhapsodia, cujus eam partem, quae Ulyxis cum Polyphemo res gestas continet, poeta in jocosi carminis formam redigere voluit, idque eo melius cessit, quo plura praebentur, quae ad risum detorqueri possint. Sequimur autem in quaestione, quae hoc loco oriri debet, quomodo Cratinus

---

28. De Dor. com. quaest. ed. C. J. Grysar. pag. 237. seqq. 29. Rheinisches Museum. Jahrgang II. Heft 4. S. 510. 30. Ibid. 31. Meinekii Quaest. scen. specim. I. pag. 35. 32. Lucae Cratin. et Eupol. pag. 54. 33. Id. pag. 61.

fabulam disposuerit, ejus doctrinam, qui officio satisfecisse videatur, ut tota res absoluta sit.[34] Apponerem nonnulla ex fabulae oeconomia, qualis haberi debeat, nisi disputationis fines excedere metuerem. Quod de totius fabulae ratione traditur, non habuisse chori partes,[35] quamvis opportunitas ejus constituendi data esset, id optime intelligetur, cum de choro sublato infra dicetur.

Neque ipse Aristophanes, cum temporum ratio talis esset, ut publica vita abstinere cogeretur, ludendi genus repudiavit, quod medios poetas maxime attingit. Idem ille in Pluto occasionem arripuit, qua Homeri inventa ridere ejusque argumenta exagitare posset, cujus rei documentum praebent strophae, quas transscribimus:[36]

ΚΑΡΙΩΝ.

καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα
μιμούμενος καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων
ὑμᾶς ἄγειν. ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες
βληχώμενοί τε προβατίων
αἰγῶν τε κιναβρώντων μέλη,
ἕπεσθ' ἀπεψωλημένοι· τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμεῖς δέ γ' αὖ ζητήσομεν θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα
βληχώμενοι, σὲ τουτονὶ πινῶντα καταλαβόντες,
πήραν ἔχοντα, λάχανά τ' ἄγρια δροσερὰ, κραιπαλῶντα,
ἡγούμενον τοῖς προβατίοις,
εἰχῇ δὲ καταδαρθόντα που,
μέγαν λαβόντες ἡμμένον σφηκίσκον ἐκτυφλῶσαι.

Quantum autem fabulas ipsas mythologicas ridicule transtulerit, de eo legi possunt, quae Ritterus diligenter congessit.[37] Neque in hoc genere, de quo loquimur, omitti debet Aeolosiconis commemoratio, cujus quidem omnis ratio in serii carminis inversione cerni videatur. Est enim Aeoli historia, quemadmodum Platonius significavit, omnino tragica atque ab omni

34. Id. pag. 64. seqq. 35. Platon. pag. VI. 36. Plut. v. 290 — 295. 296 — 301.
37. De Aristophanis Pluto, pag. 28.

jocositate aliena; sed oritur quaestio, qua ratione Aristophanes rem instituerit, ut in comoediae formam redigeret. Qua in re explicanda alii plures versari voluerunt, ut tempus consumsisse videremur, si rem de integro explorare vellemns. Exstat enim doctissima Grauerti disputatio,[38] ex qua appareat, proponi historiam hominis cujusdam ventosi, cujus omne sudium in luxuriae nugis, mendaciis, gloriationibus positum esset: id quod et singulari fabulae titulo et fragmentorum indole intelligi maxime debet. Habemus igitur in Aeolosicone Aeoli Euripidei irrisionem, cujus primas Sico, coquorum princeps, egit. Postremo jure laudatur Eubuli ratio, qui, cum medio in genere esset, sibi deesse non vellet in ludendo poeta, cujus ingenio comicorum studium facillime excitari posset. Pertinent autem huc, quae Meinekius erudite in his explicuit:[39] At prae ceteris Euripidem sibi ridendum proposuisse videtur, cujus versus subinde vel parodia lusit vel integros immutatosque ridendi causa orationi suae intexuit. Ita in Amalthea fabula apud Athen. II. p. 63. d.

Θερμότερον ἢ κραυρότερον ἢ μέσως ἔχον,
τοῦτ᾽ ἔσθ᾽ ἑκάστῳ μεῖζον, ἢ Τροίαν ἑλεῖν.

secundum versum ex Euripidis Androm. 369. et in Nannio ap. Athen. XIII. p. 569. a.

Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,
ἢ Κυδίαν ναύαρχον ἐξεπέμψατο,

primum versum ex Iphig. Aul. 370. derivavit. Porro in Orthane apud Athen. III. p. 108. b. de phaleride dicit: *πηδᾷ, χορεύει, πῶλος ὥς ἀπὸ ζυγοῦ,* quibus iisdem propemodum verbis in re seria usus est Eurip. Orest. 45. Ejusdem poetae sigmatismum ridet in fragmento incertae fabulae apud Schol. Eurip. Med. 473. Ex eodem parodiae studio derivaverim, quae passim deprehenditur in fragmentis, orationis supra soccum surgentis sublimitatem numerorumque in rebus le-

---

38. Rheinisches Museum, Jahrgang II. Heft 1. S. 60. ff. Jahrgang II. Heft 4. S. 499 ff. 39. Quaest. specim. III. pag. 16. 17.

vissimis gravitatem, velut in Auge apud Athen. XIV. p. 622. c. in Orthane ib. III. p. 108. b. in Titanibus ib. VI. p. 229. a. in Nannio ib. XIII. p. 569. a. in incerto fragm. ibid. II. p. 47. b. aliisque locis plurimis, in quibus ne solum Euripidem risui expositum fuisse credamus, prohibet locus incertae fabulae apud Athen. II. p. 43. c. ubi Chaeremonem tragicum exagitat, qui aquam ποταμοῦ σῶμα dixerit. Eubulo adjungendus est Axionicus, qui in fabula Φιλευριπίδης ineptum Euripideae poeseos amorem riserit.[40]

β. Haec autem, de qua agimus, mediae comoedia aetas se non continuit poetarum irrisione: aperuit sibi alium etiam campum, in quem excurrere posset, secuta Epicharmi exemplum, cujus fabula quaedam ab Heraclito Ephesio denominata traditur, in qua poeta philosophum illum ejusque doctrinam jocülariter perstrinxisse videatur. Sed tamen habebant medii poetae, quod magis etiam sequerentur, cum veteres comici, uti Eupolis, Cratinus, Aristophanes, in philosophis deridendis multum occupati fuissent. Qui maxime autem exagitantur in hoc genere philosophi, ii sunt ex disciplina Academicorum et Pythagoricorum, quorum tanta esset mutatio in pejus, ut a virtute magistri omnino degenerasse viderentur. At vero ipse Plato, quod mirum esse videatur, lasessitur omni modo, cujus tanta sit animi subtilitas, tanta dicendi venustas, ut non alius facile reperiatur, qui contendere ac comparari velit. Adde, quod ex illius disciplina multi exstitere philosophi magni clarique, quorum auctoritas latissime pateret, quique in omni literarum genere gloriam adipiscerentur. Ita fieri potuit, ut multi eum admirari atque etiam imitari vellent, neque dubitarent dicendi genus ejusdem divinum quoddam dicere,[41] omni praestantia ad eum relata. Quin etiam nonnulli fateri non sunt veriti, dii immortales si sermone loquerentur humano, non alio sermone principem deorum, Jovem, usurum, quam Platonico, id quod legimus apud Dionysium Halicarnasseum his verbis:[42] ἤδη δέ τινων ἤκουσα ἐγὼ λεγόντων, ὡς, εἰ καὶ παρὰ θεοῖς διάλεκτός ἐστιν, ᾗ τὲ

---

40. Ibid. pag. 53. 41. Cic. de orat. I. 11. 42. De admirabili vi dicendi in Demosthene. ed. Reisk. fol. VI. p. 1024.

τῶν ἀνθρώπων κέχρηται γένος, οὐκ ἄλλως ὁ βασιλεὺς ὢν αὐτῶν διαλέγεται θεός, ἢ ὡς Πλάτων. Quae deinde praestantissima haberi solet dictio, quae plurimis gaudeat intermissionibus et structurae permutationibus, cum quaedam periodo inclusa, quaedam extra periodum efferantur, cumque altera ex pluribus membris periodus, altera ex paucioribus componatur, eandem in Platone advertere artium existimatores voluerunt et laudare.[43.] Ex quo intelligitur, quam vere idem philosophus, de quo loquimur, dicendi mediocritatem assecutus sit, qua sublimitas quaedam et tenuitas in dicendo mire temperetur;[44.] in eaque tanta est ejus virtus, quanta in nullo alio scriptore cognoscitur, qui ad idem genus studium contulerit.[45.] Omnia perspicua sunt adeoque jucunda, ut vernantem florem spirare atque pratorum blandam mollemque auram exhalare videantur. Quod omnino adjiciendum est, pauci fuerunt, qui novis verbis inveniendis, veteribus cum vi adhibendis, imaginum pulcritudine, descriptionum magnificentia cum Platone conferri possint, ut summi oratores ejus doctrina uterentur,[46.] eumque non modo intelligendi, verum etiam dicendi gravissimum auctorem et magistrum dicerent,[47.] cujus disciplina oratores exstitisse possent. Quam in rem Quintilianus, ingeniosus dicendi magister, ita disputat:[48.] P h i l o s o p h o r u m, e x q u i b u s p l u r i m u m s e t r a x i s s e e l o q u e n t i a e M. T u l l i u s c o n f i t e t u r, q u i s d u b i t e t P l a t o n e m e s s e p r a e c i p u u m, s i v e a c u m i n e d i s s e r e n d i s i v e e l o q u e n d i f a c u l t a t e d i v i n a q u a d a m e t H o m e r i c a? M u l t u m e n i m s u p r a p r o s a m o r a t i o n e m, e t q u a m p e d e s t r e m G r a e c i v o c a n t, s u r g i t: u t m i h i n o n h o m i n i s i n g e n i o, s e d q u o d a m D e l p h i c o v i d e a t u r o r a c u l o i n s t i n c t u s. At vero multa insunt in philosophi, quem saepe dicimus, scriptis, quae reprehensionem effugere non potuerunt, quaeque paucis describenda sunt, ut appareat, quid maxime ad eum deridendum medios poetas impulerit. Fuerunt et ipsa Platonis aetate et multis post annis, qui dialogos ejus calumnia afficerent carperentque, si quid reprehensione dignum

---

43. Idem de compositione verborum. Vol. V. pag. 133. 44. Id. ibid. pag. 187. 45. De admirabili vi dicendi in Demosthene. Vol. VI. pag. 905. 46. Cic. orat. 4. 47. Ibid. 3. 48. Institut. orat. X. 1. 81. conf. 1. 108.

vidissent, non invidia ducti aut inimicitia, sed veritatis investigandae gratia. Sunt autem in numero eorum, quos indicamus, discipulus ejus Aristoteles, Cephisodorus, Theopompus, Zoilus, Hippodamas, Demetrius, et alii multi. Sed ut omnis quaestio absolvatur, transscribam Dionysii verba, quibus et virtutes et vitia scriptoris sponte intelligantur, quaeque ejusmodi sunt, ut, quid mediae aetatis poetae in Platone videre voluerint, facile efficiatur:[49]

Ἡ δὲ δὴ Πλατωνικὴ διάλεκτος βούλεται μὲν εἶναι καὶ αὐτὴ δεῖγμα ἑκατέρων τῶν χαρακτήρων, τοῦ τε ὑψηλοῦ καὶ ἰσχνοῦ, καθάπερ εἴρηταί μοι πρότερον· πέφυκε δ' οὐκ ὁμοίως πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας εὐτυχής. ὅταν μὲν οὖν τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἀποίητον ἐπιτηδεύῃ φράσιν, ἐκτόπως ἡδεῖά ἐστι καὶ φιλάνθρωπος. καθαρά τε γὰρ ἀποχρώντως γίνεται καὶ διαυγής, ὥσπερ τὰ διαφανέστατα τῶν ναμάτων· ἀκριβής τε καὶ λεπτὴ παρ' ἡντινοῦν ἑτέραν τῶν εἰς τὴν αὐτὴν διάλεκτον εἰργασμένων· τήν τε κοινότητα διώκει τῶν ὀνομάτων, καὶ τὴν σαφήνειαν ἀσκεῖ, πάσης ὑπεριδοῦσα κατασκευῆς ἐπιθέτου. ὅ τε πῖνος αὐτῇ καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἠρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει, χλοερόν τέ τι καὶ τεθηλὸς καὶ μεστὸν ὥρας ἄνθος ἀναδίδωσι· καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῶν εὐωδεστάτων λειμώνων αὔρά τις ἡδεῖα ἐξ αὐτῆς φέρεται· καὶ οὔτε τὸ λιγυρὸν ἔοικεν ἐμφαίνειν λάλον, οὔτε τὸ κομψὸν θεατρικόν. ὅταν δ' εἰς τὴν περιττολογίαν καὶ τὸ κάλλιον εἰπεῖν· ὃ πολλάκις εἴωθε ποιεῖν· ἄμετρον ὁρμὴν λάβῃ, πολλῷ χείρων ἑαυτῆς γίγνεται. καὶ γὰρ ἀηδεστέρα τῆς ἑτέρας καὶ κάκιον ἑλληνίζουσα καὶ παχυτέρα φαίνεται. μελαίνει τε γὰρ τὸ σαφὲς καὶ ζόφῳ ποιεῖ παραπλήσιον, ἕλκει τε μακρὸν ἀποτείνουσα τὸν νοῦν. συστρέψαι δὲ δέον ἐν ὀλίγοις ὀνόμασιν, ἐκχεῖται εἰς ἀπειροκάλους περιφράσεις, πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη κενόν· ὑπεριδοῦσά τε τῶν κυρίων καὶ ἐν τῇ κοινῇ χρήσει κειμένων, τὰ πεποιημένα ζητεῖ καὶ ξένα καὶ ἀρχαιοπρεπῆ. μάλιστα δὲ χειμάζεται περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν· πολλὴ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἄκαιρος δ' ἐν ταῖς ἐπωνυμίαις, σκληρὰ δὲ καὶ οὐ σώζουσα τὴν ἀναλογίαν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται. ἀλληγορίας τε περιβάλλεται μακρὰς καὶ πολλάς, οὔτε μέτρον ἐχούσας, οὔτε καιρόν. σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προσβάλλουσιν ἀηδίαν, καὶ μάλιστα τοῖς Γοργιείοις, ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται· καὶ πολυτέλειά τις ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις παρ' αὐτῷ. — Sed ne longiores hoc loco simus, quam necesse est, sufficiat totam rem ad Meinekium rejicere, qui in tertio quaestionum specimine omnes congessit locos, quibus indigeamus ad id, quod volumus, probandum. Qui vólet, inspiciat illum librum, ex quo intelligatur, quinam maxime poetae se ad Platonem, Academicos omnes, Pythagoraeos ceterosque philosophos ridendos contulerint.

---

49. Ad Cn. Pompej. de Platone. Vol. VI. pag. 758—760. conf. de admirab. vi dic. in Demosth. ibid. pag. 966.

γ. Oratores perstringuntur, inque numero eorum ipse Demosthenes, de quo Tullius ita judicat: [50] in oratoribus vero Graecis quidem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Easdem summi oratoris laudes, cui nihil addi posse plerique fatentur, ac principem dicendi rite haberi, Quintilianus hoc modo tradidit: [51] Sequitur oratorum ingens manus, ut cum decem simul Athenis aetas una tulerit. Quorum longe princeps Demosthenes ac paene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet invenias. Neque multo, ut arbitror, sermone opus est ad hanc partem confirmandam, cum habeamus, quem sequamur in judicio nostro, summum criticum. Tribuit enim Demostheni Dionysius tale dicendi genus, quod structurae permutationes ac varietatem habeat, cum hoc membrum brevius, illud longius, aliud velocius, aliud remissius, aliud denique accuratius sit: numeri praeterea cum diversi, diversae figurae vocisque variae intentiones. Nec sua interim gratia caret, quod ita constituitur, ut arte minime constitutum videatur. [52] Sed ut totum complectamur, unde omnis oratio appareat, ejusdem Dionysii verba mea faciam: [53] τοιαύτην δὴ καταλαβὼν τὴν πολιτικὴν λέξιν ὁ Δημοσθένης, οὕτω κεκινημένην ποικίλως, καὶ τηλικούτοις ἐπεισελθὼν ἀνδράσιν, ἑνὸς οὐθενὸς ἠξίωσε γενέσθαι ζηλωτὴς, οὔτε χαρακτῆρος, οὔτ' ἀνδρός· ἡμιέργους τινὸς ἅπαντας οἰόμενος εἶναι καὶ ἀτελεῖς· ἐξ ἁπάντων δ' αὐτῶν, ὅσα κράτισα καὶ χρησιμώτατα ἦν, ἐκλεγόμενος, συνύφαινε, καὶ μίαν ἐκ πολλῶν διάλεκτον ἀπετέλει, μεγαλοπρεπῆ, λιτήν· περιττὴν, ἀπέριττον· ἐξηλλαγμένην, συνήθη· πανηγυρικὴν, ἀληθινήν· αὐστηρὰν, ἱλαράν· σύντονον, ἀνειμένην· ἡδεῖαν, πικράν· ἠθικὴν, παθητικήν· οὐδὲν διαλλάττουσαν τοῦ μεμυθευμένου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς Πρωτέως· ὃς ἅπασαν ἰδέαν μορφῆς ἀμογητὶ μετελάμβανεν· εἴτε θεὸς, ἢ δαίμων τις ἐκεῖνος ἄρα ἦν, παρακρουόμενος ὄψεις τὰς ἀνθρωπίνας· εἴτε διαλέκτου ποικίλον δὴ χρῆμα ἐν ἀνδρὶ σοφῷ, πάσης ἀπατηλὸν ἀκοῆς· ὃ μᾶλλον ἄν τις εἰκάσειεν· ἐπειδὴ ταπεινὰς καὶ ἀσχήμονας ὄψεις οὔτε θεοῖς, οὔτε δαίμοσι, προσάπτειν ὅσιον· ἐγὼ μὲν τοιαύτην τινὰ δόξαν ὑπὲρ τῆς Δημοσθένους λέξεως ἔχω, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦτον ἀποδίδωμι αὐτῷ, τὸν ἐξ ἁπάσης μικτὸν ἰδέας. Illud autem, quod dicimus, orationis genus nonnulla habuit, quae

---

50. Orat. 2. 51. Institut. orat. X. 1. 76. 52. De composit. verb. Vol. V. pag. 133. 53. De admirab. vi dic. in Demosth. Vol. VI. pag. 974. seqq. conf. pag. 1112.

reprehendi possent, ut recte Quintilianus ita judicasse videatur: [54]. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae optimi auctores dixerint, utique esse perfecta. Nam et labuntur aliquando et oneri cedunt et indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum; nonnumquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Ne quis igitur miretur, quod mediae aetatis poetae ne ipsi quidem Demostheni parcere voluerunt, quorum omne studium in exagitandis poetis omninoque scriptoribus collocatum esset, id quod de Alexide confirmat Meinekius his verbis: [55]. Sequuntur Ἀδελφοὶ et Στρατιώτης apud Athen. VI. p. 223. f. In utraque fabula ridetur Demosthenes propter lusum verborum δοῦναι et ἀποδοῦναι, quo illum usum esse constat in oratione de Haloneso.

b. Sed ne quis sit admiratus, cur medii poetae aliam etiam argumenmentorum speciem tractare voluerint, cujus omnis ratio atque institutio certis hominum generibus perstringendis cerneretur. Erat autem latissime patens haec species, cum mores hominum multa suppeditent, quae traduci possint, maximeque eorum, qui in vita communi degere solent. Sunt igitur inter eos, qui describuntur maxime, agrestes stupidi, vetulae bibaces, tibicines inepti, piscatores, coqui insipide gloriosi, parasiti, meretrices, milites aliique id genus homines. [56]. Quae cum ita essent atque illi poetae hoc genere multum occuparentur, facile explicatur, praeivisse eos novae comoediae poetis, qui eandem rem magis etiam excolerent. Illo autem ex genere, ut Grauerti verbis utar, [57]. Antiphanis fuerunt Κᾶρες, Κρῆτες, Λήμνιαι, Βοιώτιοι, Λυδὸς, Ἐπιδαύριος, Ἰατρὸς, Κηπουρὸς, aliae: Alexidis Θηβαῖοι, Καύνιοι, Μιλήσιοι, Θεσπρωτοὶ, Μάντεις, Παράσιτος, Παγκρατιάστης, reliquae: Anaxandridae Σαμία, Φαρμακόμαντις, Κιθαρίστρια, Ζωγράφοι, Ἄγροικος: Eubuli Στεφανοπώλι-

54. Institut. orat. X. 1. 24. conf. 2. 24. 55. Quaest. specim. III. pag. 32. 56. Quaest. specim. II. pag. 4. 57. Rheinisches Museum, Jahrgang II. Heft 4. S. 511.

δες, Πορνοβοσκὸς, Ψάλτρια, aliae multae. Hoc loco repeti memoria potest Aeolosiconis, in quo, quemadmodum supra dixi, poeta imaginem praebet hominis ventosi stolideque gloriantis, pertinentem ad omne coquorum genus, ut jure in rem nostram converti possit. Quam apti autem fuerint coqui atque res coquinaria ad risum excitandum, quamque saepe in scenam prodire jussi sint, de eo dici non debet, cum fabularum fragmentis satis multis doceri possit. Ejusdem fabulae e reliquiis intelligitur, servos inductos esse atque mulieres leves et protervas, quae sunt ὀρχηστρίδες, αὐλητρίδες, ἑταῖραι. Quid dicam de Pluto, cujus argumentum totum in generali morum descriptione versari dictum est, quaeque inter alias Chremyli personam continet, cujus hoc loco mentionem fieri oporteat? Est autem illa quidem multa cum arte delineata pertinetque ad id hominum genus, qui boni viri fortesque videri volunt, simulata justitia, cum ab omni scelere vacare se dicunt. Quid enim judicemus de ejus ingenio, quamque ambigua sit morum ratio apud aequales, id ipse poeta Plepsidemi verbis declaravit, cujus magna sit admiratio de amici divitiis in altum exstructis. Sed ne his quidem opus est, ut intelligatur, qualis vere Chremylus haberi debeat, cum verba ejus, quibus oraculum consuluit: [58]

τὸν δ' υἱὸν, ὅσπερ ὢν μόνος μοι τυγχάνει,
πευσόμενος εἰ χρὴ μεταβαλόντα τοὺς τρόπους
εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἓν,
ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν.

nihil omnino dubitationis relinquant. Ex omnibus his, quae breviter disputavimus, facile conflatur, quantum haec morum descriptio differat a veteris comoediae ratione, de qua supra expositum est, ut singularis quaedam rite haberi soleat. Sin vero quaeratur, utrum alios imitari voluerint medii poetae, an ipsi hoc genus invenire, quid respondeamus, in aperto est, cum omnem rem ad Epicharmum revocandam putemus, qui cum in argumentis mythologicis, tum in his, quae dicimus, exemplo fuisse videatur. Is igitur, si argumentorum rationem habeas, mediae comoediae poetis non immerito annumerari queat. Quo maxime autem Epicharmus ceteris poe-

---

58. Plut. v. 35. seqq.

tis praeivit, id situm est in describenda ebrii persona, quam persaepe in scenam induceret, quaeque deinde adeo placere inciperet, ut fabularum summam efficere posset. Ex quo genere est, ut exemplo utar, Alexidis *Πάροινος*, cujus omne argumentum in ebrii hominis delineatione consistat, omisso, quod nova comoedia idem hominum genus multa cum arte repraesentavit. Multo magis placuit parasiti persona, quae cum omnino ridicula esset maximeque comoediae rationi accommodata, omnium poetarum studium excitavit. Est tamen controversia quaedam inter veteres, utri, Siculorum an Atheniensium, poetae priores hanc personam in scenam introduxerint, ut ambigi possit, utris inveniendi laus tribuatur necesse sit. Qua de re non alienum erit adjicere, quae Meinekius hoc modo disputavit: 59. In re scenica an quidquam novaverit Alexis, non satis compertum est; nam quod Carystius Pergamenus in libro de Didascaliis apud Athen. VI. p. 235. e. scripsit *τὸν νῦν λεγόμενον παράσιτον εὑρεθῆναι ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος*, ipse refutat Athenaeus, docens ille, parasiti personam induxisse jam Epicharmum in Spe vel Pluto et Eupolidem in Assentatoribus, nomine autem *παρασίτου* ante Alexidem usum esse Ararotem in Hymenaeo. Cfr. Geelius in Bibl. crit. IV. p. 19. Nec tamen de nihilo esse videtur, quod dixit Carystius, cujus hanc mentem fuisse suspicor, ut parasiti et nomine et persona, qualem plerique postea comoediae auctores proposuerunt, Atticorum comicorum primum omnium Alexidem usum esse existimaret. Hoc igitur extra omne dubium positum est, parasitorum personas omnium in deliciis fuisse, ut non modo joci earum multis fabulis immixti sint, verum etiam in nonnullis primas egerint, cujus rei testes sunt Alexidis et Antiphanis comoediae eodem nomine inscriptae. Nec vero continuit sese parasitus Graecorum fabulis; migravit etiam ad Romanos, qui cum in aliis multis, tum in hac re Graecos imitari vellent. Quae autem sit ratio describendi, qua inter alios Plautus uti solet, de eo erudite

59. Quaest. specim. III. pag. 29.

exposuit. Wachsmuthius, ut verba ejus apponere non dubitemus:[60]. Der Parasit. Der gefräßige Begleiter des verschwenderischen Sohns, seines rex, (Stich. 3, 2, 2. Capt. 1, 1, 24.) der durch Augendienerei, allerlei Späße und Dienste, Sendungen u. s. w. eine Mahlzeit oder deren Ueberbleibsel (reliquiarum reliquiae, Curc. 3, 18. Men. 3, 1, 15. Pers. 1, 2, 25.) erlangt. Dieser unverschämte, bauchfröhnende Tellerlecker ist beim Plautus sehr ins Grobe gezeichnet und nicht der feinere κόλαξ des Theophrast, sondern der ἀναίσχυντος, in den der κόλαξ, bei den Spätern Parasit genannt, (Jul. Poll. On. I. VI. segm. 123. Athen. VI. c. 12. sq.) ausartete. Er frißt für achte (Men. 1, 4, 6.), sucht Witz zu machen (Asin. 4. 1.), thut das Schlechteste um das Essen (Pers. 3, 1.), läßt sich von seinen Gastgebern verspotten (Capt. 3, 1.) und ist überhaupt gewohnt, die Zielscheibe zu seyn (Capt. 1, 1, 20. Curc. 3, 1, 28.). Namen und Masken entsprechen dem Innern; er heißt Curculio, Artotrogus, Saturio, Gelasimus, auch scortum, peniculus (Men. 1, 1. 3. 1.) und hat hängende Ohren, weil seine Gönner ihn daran zupfen. Er ist der gelungenste Charakter im Plautus. S. die trefflichen Selbstschilderungen Pers. 1, 2. Stich. 2, 1. und Jul. Poll. On. I. VI. segm. 123. Athen. I. VI. c. 8. und 9. cf. XIV, 1. γελωτοποιός.

4.

Sed exposita sententiarum atque personarum ratione, qualis medio in genere appareat, deinceps de actionis modo dicendum est. Sed cum duplex virtus sit actionis, ut et artis leges serventur, et animi hominum commoveantur, non est id quidem dubium, quin utraque conjuncta plurimum possit et majorem vim habeat ad eos, qui audiant. Quaeri igitur debet, quantum in hac re valuerint medii poetae, ut satisfacerent eis, quae jure desiderentur. Est autem totius actionis magna quaedam simplicitas, majorque etiam, quam in antiquo genere, cum et Chorus et Parabasis deficiant, quibus arcta fabulae conjunctio nascatur. Quae quidem virtus eo maxime efficitur, quod certae sunt actionis partes, quarum ope omnis explicatio fa-

60. Athenäum, Humanistische Zeitschrift, von F. Günther und W. Wachsmuth, Jahrgang 1816. Heft I. S. 170. 171.

cile perspiciatur, cum non habeat, quod alienum a re dixeris. Altera ex parte omnis actionis natura talis est, ut imaginandi vim vehementer afficiat, quoniam et gravis a principio videtur et difficultates habere, quae animos commoveant; denique omnia singula in primaria sententia comprehenduntur. Omnino autem magna quaedam ingenii subtilitas requiritur, ut poetae, quod velint, consequantur, atque rerum observatio, cum desint huic generi homines, qui vivi repraesentari possint, et vitae ratione et sententiarum natura illustres. Qualis igitur actio sit mediae comoediae, ut definiatur, magnopere juvamur Aristophanis Pluto, quam integram nobis servatam videmus, cujus institutio exemplo esse possit. Explicuit autem ejusdem fabulae actionem accurate Ritterus;[1] quare optime factum erit, si descriptionem, qualem is proposuit, huc transscripserimus: Senex Chremylus, qui consuluit Apollinis oraculum, utrum filius suus ad impetrandam feliciorem vitae conditionem corruptos aequalium mores imitari, an patris integritatem servare debeat, inde cum servo Carione redit, accepto dei reponso, ut, in quem primum inciderit, eum sequeretur. Incidit autem in senem sordidum, caecum et omnibus corporis incommodis afflictum, quem magno cum gaudio Plutum esse comperit, cuique se visum restituturum esse pollicetur. Ejus incepti ut participes fiant amici, ad illos victum in agris moleste quaerentes mittit servum Carionem, et ipse cum Pluto domum suam intrat 1 — 152. Servus cum rusticis illis in orchestram progreditur eosque varie illusos ad domini domum arcessit 253 — 321. Procedit Chremylus, sociisque salutatis et nova re amico Blepsidemo exposita, ad visum Pluto restituendum se accingit; Paupertatem propter istum conatum indignabundam retrudit; deumque caecum ipse cum servo et Blepsidemo ad Aesculapii templum deducit, in quo ille incubans oculorum lumine donaretur 322 — 626. Redit servus et felicissimum rei eventum rusticis et dominae re-

1. De Aristophanis Pluto, pag. 2. 3.

nunciat 627 — 770. Quo facto Plutus caecitate liberatus ipse in scenam prodit et inde domum Chremyli intrat 771 — 881. Jam Cario enarrat choro, quae bona novus deus aedibus domini intulerit 802 — 822. Tum vir justus, a Pluto non amplius caeco dives factus, ad gratias deo munifico agendas accedit et cum Chremylo foras veniente sermones confert: sycophanta autem, ab eodem deo ad paupertatem redactus, multum queritur et lamentatur, qui ut male tractatus abigitur, ita vir justus a Chremylo intus ad Plutum deducitur 823 — 958. Chremylus paulo post rursus in scenam procedit, cum vetula quadam viroque juvene jocatur eosque ad Plutum tendentes comitatur 965 — 996. Sequitur Carionis cum Mercurio atque Chremyli cum sacerdote colloquium, et omnes eo tandem consentiunt, Plutum in Minervae ὀπισθόδομον deducendum esse. Solemni pompa, cui se chorus adjungit, fabula finitur. Quam supra diximus actionis simplicitatem, qualis medio in genere sit, eadem cernitur in Aeolo, cujus actionem Grauertus in disputione nobilissima reconcinnare ex Ovidio studuit, assiduo Euripidis imitatore.[2] Quale autem fuerit Aeoli argumentum, cujus natura tantopere laesit tragoediae dignitatem, ut non sit admirabile, cur Aristophanis studium ad derisionem excitari posset, id maxime intelligitur ex his grammatici verbis:[3] γέγραπται δρᾶμα Εὐριπίδου Αἴολος λεγόμενον, ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα, τὸν παῖδα Αἰόλου, φθείραντα Κανακὴν τὴν ἀδελφήν. Ex Grauerti igitur doctrina actionis ratio ita constituenda est: exponitur rerum status eo, quod Canacae nutrici aperit amoris vim et culpae magnitudinem: non deest officio nutrix, cujus omne studium in ope ferenda positum sit: sequuntur plangores feminae parturientis et curae nutricis: advolat frater et idem sponsus, omnem animi perturbationem prae se ferens: celatur modo natus, ne pater Aeolus totam rem sentiat, a nutrice, quae sacra institui simularet: parat eadem nutrix puerum domo efferre, sed proditur omnis res ejusdem va-

2. Rheinisches Museum. Jahrgang II. Heft 1. S. 50. ff. 3. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 1374. conf. Ran. v. 873.

gitu, accelerat rex, eripit infantem, omnia sunt plena horroris: fraudes nutricis a choro celebrabantur cantico: irrumpit Aeolus ira incensus in Canaces cubiculum omniaque facit, quae animi commotionem relaxent: ipsa nihil nisi lacrimas profundit, conquerens de sua fratrisque sorte, donec satelles patrius gladium affert, quo filia miserandae vitae finem imponat, idque mox illa exsequitur. Tantum ex Ovidianis repetitur, quo tragoediae oeconomia constituatur, neque id quidem dubium est, quin Aristophanes in fabulae perpetuitate, qua Euripides deridetur, eundem ordinem tenuerit, quem in Aeolo servatum esse veri perquam simile est.

Quo maxime autem medium genus ab antiquo dignoscitur, id cernitur in chori et parabasis defectione, quibus magna et saepe vel primaria comoediae pars contineretur, cujus rei testis est gravissimus Platonius his verbis: [4] τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα. Idem grammaticus alio loco dicit, [5] deficientibus temporum inopia choragis, restricta esse a comoediis χορικὰ μέλη et παραβάσεις, eoque sensim mediam provenisse comoediam. Neque habemus, cur testimonio ejus diffidamus, cum praesertim ipsius rei fides accedat. Nam et choros docere, alere, instruere, et musicis stipendium persolvere atque etiam apparatum scenicum parare, magnos fecit sumtus multasque desideravit facultates, ut non sit admirabile, quod civium paupertate totum comoediae genus mutari potuerit. Sed ut omnis ratio chori instituendi probe intelligatur, ex qua multum lucis proposito nostro affundi possit, omnino ponderandum est, quod Boeckhius praeclare in his dixit: [6] Unter den regelmäßigen, sämtlich zur Feier von Festlichkeiten und zur Ergötzung des Volkes bestimmten, Liturgien wird die Choregie als die bedeutendste angesehen. Der Chorege hatte die Sorge für den Chor in den Schauspielen, sowohl tragischen als komischen und satyrischen, ferner für die lyrischen Chöre von Männern oder Knaben, Pyrrhichisten, kyklischen Tänzern, Flötenspielern und dergleichen mehr. — Die von den

---

4. Apud Dindorf. pag. VI. 5. Ibid. pag. VI. 6. Staatshaushaltung der Athener. Band I. S. 487. ff.

Stämmen gestellten Choregen wurden vom Archon den Dichtern zugetheilt, welches man Chorgeben nennt; hiernächst mußte der Chorege den von ihm zusammengebrachten Chor durch einen Lehrer (χοροδιδάσκαλος) unterrichten lassen und diesen dafür bezahlen. Die Lehrer selbst waren vorgeschlagene, und die Choregen erhielten sie, wie Antiphon lehrt, durchs Loos. — Die Anschaffung der zu lehrenden Sänger oder Musiker lag gleichfalls den Choregen ob. — Der Chor diente ferner nicht umsonst, so wenig als der Schauspieler, wie man von den einheimischen Künstlern ohne Grund angenommen hat: das attische Volk ließ sich für Tanzen, Singen und Laufen so gut bezahlen, als die Fremden. — Der Chorege mußte überhaupt den Chor während der Lehre nähren. Für die Feierlichkeit selbst gab er, wie die Archetheoren, den Schmuck, die heilige, mit Gold verzierte und kostbare Kleidung für sich und den Chor, goldne Kränze beim Schauspiele, die Chormasken und dergleichen. — Wer das Hinlängliche nicht leistete, wurde von den Behörden dazu angehalten. Demnach begründete die Choregie allerdings einen bedeutenden Aufwand, aber verschieden nach der Gattung der Spiele. Ex his igitur, quae modo laudavimus, et multis aliis intelligi debet, quam juste defecerint choragi ad choros instituendos, cum Aristophanes Aeolosiconem et Plutum posteriorem Olymp. XCVII, 4. docere vellet. Quanta enim erat temporum iniquitas, bello funestissimo confecto, invectaque triginta virorum dominatione, qua opes Atheniensium corruerent omnisque res publica caderet, ut in paucis spes, in paucioribus facultas, in multis esset audacia! Sed tamen difficultas moveri potest de Cratini fabula Ulyxes inscripta, quae cum stante re publica docta fuerit, tamen propter Chori et Parabasis inopiam mediae comoediae τύπῳ signata perhibetur. Sed jam supra attigimus, quo omnis res expediri possit, cum probatum sit, illam fabulam eo tempore actam esse, quo Attica comoedia psephismate lato tres per annos constringeretur. Idem valet de Aeolosicone, quae versus melicos contineat, et de Pluto, in qua eadem sit chori natura. Omnino autem, qui rem volet perspicere, habeat sibi persuasum, poetam veterem et solitum carmina chorica scribendi morem deseruisse, atque cantica illa novo more composita a choricis carminibus, quae proprie appellantur, diversa fuisse. Cujus rei accuratam cognitionem ut adipiscamur, apponam Grauerti verba, quibus totum illud, quod volumus, intelligatur;

sunt haec:[7] Non enim chorum Platonius in ejusmodi, quas designavit, comoediis defuisse affirmat, sed χορικὰ μέλη et παραβάσεις. Idque affirmavit jure optimo. Etenim μέλη χορικὰ non quaevis chori verba dixit, etiamsi lyricis metris adstricta sint, sed cantica intellexit chori ea, quae non recitabantur, sed vere canebantur, tibiarum sonitu pedumque motu comitante. Is enim Graecis usus fuit, ut distinguerent inter ea, quae chorus recitabat, et ea, quae canebat. Aristot. poet. VI. 4. τὸ δὲ χωρὶς τοῖς εἴδεσι τὸ διὰ μέτρων ἔνια μόνον περαίνεσθαι, καὶ πάλιν ἕτερα διὰ μέλους: eaque ἕτερα infra ipse χορικὰ μέλη et χοροῦ μέλος dicit cap. XII. 6. 7. Quae autem ex verbis chori cani, quae sine cantu recitari solitum sit, accurate exponit Hermannus ad Arist. Poet. pag. 132 — 139. Et recte quidem χορικοῖς μέλεσι Platonius παραβάσεις junxit. In canticis enim et parabasibus pompa chori splendorque explicabatur, saltationesque artificiosae ac sumtuosae. Is ergo splendor labente democratia totus intercidit, sumtus, puta, quod praestare amplius aut nolebat quisquam, aut nequibat. Manebat igitur quidem in scena chorus, verum specie omni destitutus, neque constans amplius solenniter ac saltans, sed recitans cuncta et fere ad unius actoris partes delapsus: metra non jambica sola et trochaica, sed etiam lyrica alia, verum simplicia omnino, neque mixta ac varia, nedum systemata tota. Est igitur nullo modo mirandum, quod deficiente choregia gravissimae chori partes sublatae sunt, cum nemo facile inveniretur, qui sumtus ad choreutas et docendos et remunerandos facere aut posset aut vellet. Sed non omnes chori partes, id quod omnino appareat, sublatae sunt, cum facili opera homines parari possent, qui carmina brevia eademque minus artificiosa discerent atque recitarent, contenti illi quidem modica studii mercede. Quantum autem ex chorico carmine relictum est, tantum adhiberi solet, cum justa temporum et rerum successio desideratur, pertinetque ad tuendam fabulae οἰκονομίαν,

---

7. Rheinisches Museum. Jahrgang II. Heft 4. S. 505.

id quod in Aristophanis Pluto pluribus in locis probari possit. Quae alia cantica eidem fabulae immiscentur, ea ideo instituta videntur, ut actores requiescere possent, quemadmodum grammatici tradidere, aut etiam sermones cum ipsis conferrentur. Omnino autem quod parabasis omitti potuit medio in genere, id quidem perspicuum erit ex eis, quae pluribus verbis de choregia sublata commemorata sunt. Ne mireris, quod praecipua chori pars intercideret, qua summa et canendi et saltandi ars cerneretur, cum temporum inopia choreutis praeparandis opes deessent, atque etiam hominum iniquitate lacessendi studium, cui poetae in parabasi indulgere consuessent, nimis coercitum videretur.

5.

Quemadmodum rerum ipsarum natura media comoedia ab antiqua differret, satis docuimus; jam erit explicandum, quo dicendi genere medii poetae uti voluerint. Antiquam comoediam omnes dicendi modos mira varietate adhibuisse, supra indicatum est; medium vero genus cultam ubique et temperatam orationem adoptat, quae neque acumine, neque fulmine excellat, sed uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluat, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem, ornamentis modicis verborum sententiarumque distincta. Pertinet igitur illud genus, quod paucis descripsimus, ad eam orationem, quae Socratis temporibus maxime floruit, quaeque ab illo ipso exculta haberi debet. Respuit enim philosophiae princeps illum Sophistarum morem, quorum, ut traditum est, omnia scripta nimis essent numerosa, ut paria paribus adjuncta et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, omnia sponte cadere numerose viderentur. Quis primus inveniendi fuerit, Tullius ita refert:[1] Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia, minuta, et versiculorum

1. Orat. 12. conf. Brut. 8.

similia quaedam nimiumque depicta. Opposuit autem sese eorum deliciis sive potius ineptiis Socrates, qui cum subtilitate disputandi refelleret eorum instituta, tum aliam melioremque orationem adhiberet, cujus omnis virtus in simplicitate atque aequabilitate posita esset, ut Atticae eloquentiae exemplum fieri posset. Nec vero defuit ei, cum ipse dulcis et facetus esset, dicendi suavitas quaedam festivusque sermo, quo animos eorum, a quibus audiretur, perfunderet, non perstringeret:[2] ut omnes ii, qui ejus disciplina uterentur, quique Socratici omnino dici soleant, in eo sermone maxime excellerent, qui lenis minimeque pertinax ac leporis plenus merito habeatur.[3] Quod valde admirabile est, illo summisso et humili sermone, qui ad vitae quotidianae consuetudinem accedat, indiserti confidunt, se posse dicere, cum imitabilis videatur; sed nihil est experienti minus. Etsi non est plurimi sanguinis magnarumque virium, tamen est, ut ita dicam, integra valetudine. Hanc igitur orationem, quam a praeceptore profectam vidimus, discipuli tenuere multi clarique, quorum quamvis diversum esset ingenium, tamen multis modis excoluerunt. In quibus quanta sit dicendi virtus, Quintilianus in his profiteri non dubitat:[4] Quid ego commemorem Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit? ut ipsae sermonem finxisse Gratiae videantur, et, quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri justissime possit, in labris ejus sedisse quandam persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem. Nam in Theophrasto tam est loquendi nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Jam vero revertamur, unde digressi sumus, ut ostendatur, quantum ex communi scriptorum sermone medii poetae sibi sumserint, quod in comoediae ratione percipiatur. Cujus rei intelligentia multum juvatur

2. Id. Offic. I. 30. 3. Ibid. I. 37. 4. Institut. orat. X. 1. 82. 83. conf. 1. 75. 33.

Platonii judicio ad omne genus pertinenti atque ita instituto: [5]. Τῆς δὲ μέσης κωμῳδίας δύο ποιηταὶ πλάσματος μὲν οὐχ ἥψαντο ποιητικοῦ, διὰ δὲ τῆς συνήθους ἰόντες λαλιᾶς λογικὰς ἔχουσι τὰς ἀρετὰς, ὥστε σπάνιον ποιητικὸν εἶναι χαρακτῆρα παρ᾽ αὐτοῖς. καστασχολοῦνται δὲ πάντες περὶ τὰς ὑποθέσεις. Quibus in verbis quid inesse videatur, Meinekius accurate explicuit hoc modo: [6]. *Sensus autem verborum hic est: mediae poetas comoediae non grandi quodam et magnifico dicendi genere usos esse, sed ad vulgaris sermonis veritatem composito et ad solutae orationis virtutes commendando. Ita passim* τὸ λογικὸν *de prosa oratione dici et* τῷ ποιητικῷ *opponi docuit Schaeferus ad Dionys. Comp. Verb. p. 213. Non audiendus igitur vetus Aristophanis interpres, qui ad Plut. 515.* ἢ γῆς ἀρότροις ῥήξας δάπεδον καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι, *grandiosi sermone offensus haec adnotat:* ἀντὶ τοῦ γεωργίας ἐπιμελεῖσθαι. ἤδη τὸ ἔπος τοῦτο τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζει. Ne quis vero inde colligere velit, quasi omnis liberior spiritus medio generi defuerit, cum amarulenta antiqui generis dicacitas temperata quidem, sed non prorsus sublata sit. Quod de universo genere diximus, id quousque ad singulos poetas pertineat, videamus. Ut vero ab Aristophane initium fiat, reperitur in Pluti fabula dicendi sobrietas et aequabilitas, quae ad altiorem spiritum ascendat, cum tragicorum versus deridendi proponuntur. Sed cum longum sit omnes versus transscribere, quos huc referendos putem, cum praesertim alios has partes suscepisse videam, contentus ero, enumerare eos, quibus tota res illustrari possit. Eorum autem tenendi sunt hi quidem: versus 6. 7. 8 — 12. 114. 203. 213. 255. 601. 603. 635. 639. 640. 660. 661. 1151. 1152. Deinceps dicendum est, quid curae reliqui iidemque optimi poetae in oratione posuerint, quorum primum habes Eubulum, de quo Meinekius haec tradit: [7]. *Dictione usus est Eubulus, quantum e fragmentis intelligi potest, tersissima et ad omnem elegantiae laudem composita; idem in componendis vel fingendis vocabulis felicissime*

---

5. Apud Dindorf. pag. X. 6. Quaest. scen. specim II. pag. 4. 7. Id. specim. III. pag. 17. 18.

audax opes patriae linguae ingenti vocabulorum copia ditavit. Atque etiam si considerare volumus, quam honorifice Aristoteles in Rhetoricis de Anaxandridis ingenio judicarit; intelligimus, dicendi quoque excellentiam et dignitatem ei tribui oportere, qua optimis poetis annumerari possit. Admodum autem tenendum est, quod de Alexide docuerunt eruditi, quo facilius orationis genus illud, quod quaerimus, percipiatur, quodque ita institutum legitur: [8]. In orationis conformatione summam ubique elegantiam summumque nitorem deprehendas. Quod enim in singularum vocum usu et forma subinde a veterum Atticorum norma et usu descivit, non Alexidis id vitium fuit, sed aetatis in his etiam rebus ad deteriora prolabentis. Ex hoc genere, ut trita illa οὐδὲ εἷς pro οὐδεὶς, ὀμνύων pro ὀμνὺς omittam, est v. c. aor. εἶπα apud Athen. VI. p. 230. b. ἀπολογηθῆναι pro ἀπολογήσασθαι apud Antiattic. p. 82. τηλικοῦτο apud Athen. XI. p. 502. c. οἰκοδεσπότης apud Phryn. p. 377. Polluc. X. 21. Thom. Mag. p. 645. παλαιστρικὸς, de quo vid. Lobeck. ad Phryn. p. 232. ἰσχυρικὸς (ita leg. pro ἰσχυρίσκος) ἀντὶ τοῦ ἰσχυρὸς apud Photium Lex. p. 117. 10. cll. Antiatt. p. 100. Suida s. v. et Lob. ad Phryn. p. 288. ψυχικὸς pro ἀνδρόθυμος et νομικὸς pro νόμων ἐπιστήμων apud eundem Phot. p. 302. 2. εὐοψία de pulcra facie apud Antiatt. p. 93. Ἀττικηρῶς apud Ath. IV. p. 137. c. ἀνθρακηρός apud Polluc. X. III; particula ἠδὲ contra ceterorum comicorum morem usus esse videtur apud Athen. VII. p. 322. c. Mitto alia, quae enumerare longum est. Affinis huic generi est, quam in nonnullarum vocum quantitate sibi sumsit, licentia. Ita ἄχρηστος prima apud Athen. I. p. 10. f. διαπραξάμενος secunda longa dixit apud Stobae. Serm. LXVIII. 2. ἥδιον penultima brevi Athen. VIII. p. 336. d. itemque ἐλάαι ibid. II. p. 60. a., de quo vide, quae diximus ad Menandr p. 61, quibus adde Simiam Rhod. V. 7. et Oracul. ap. Phlegont. Trall. p. 14. Denique quod Antiphanes et Alexis conjuncti praestantiae

8. Id. ibid. pag. 30.

laudem tulerunt, ex eo satis emergit, quid tribuendum sit Anonymo testi, qui Antiphanem *εὐφυέστατον εἰς τὸ γράφειν* dixerit. Haec igitur omnia, cum quaerimus, quale dicendi sit genus mediae comoediae, complecti animo et cogitatione debemus, ut recte judicasse videamur.

Postremo pauca adjiciantur de numerorum ratione, in qua non minus carminis laus cernatur, quam in orationis conformatione. Quod autem de tragicis demonstratum est, eos post Olymp. LXXXIX. a veteri elegantia abduci se passos esse, idem non pertinet ad comoediae poetas, qui probe in numeris pangendis elaborarint. Traditum est enim de Eupulo et Alexide, summam eorum fuisse artem in numeris conformandis, qua non solum vulgaribus versuum generibus uterentur, sed etiam aliis difficilioribus, ut taceam Aristophanem, cui nemo in hac re palmam praeripiat. Sed tamen habemus in Pluti fabula, quod in reprehensionem incurrere possit; intelligo hiatus, qui efficiuntur vocibus *οὐδὲ ἕν, μηδὲ ἕν, οὐδὲ εἷς*, in ceteris ejusdem poetae fabulis non obvios.

VI.

Nova comoedia. (ἡ νέα κωμῳδία.)

1.

Sed quoniam prius dictum est, arcte contineri comoediae rationem cum vitae institutione, quae in re et publica et privata cernatur, non abhorrebit a proposito, nonnulla de his rebus, quas dicimus, explicuisse, ut magis dilucidum sit illud, quod deinceps dicetur. Erat autem omnis res publica atque populus in omni ordine et genere circa Olymp. CX. adeo corruptus, ut nihil, nisi omnium rerum depravatio, relictum videretur. Summa enim potentia penes plebem erat abjectam perditamque,[1.] quae aerarium spoliaret et cives et socios, semperque lucrum faceret sive in consiliis ferendis, sive in legibus, denique in omni ludorum genere.[2.] Itaque consentaneum erat, qui voluptatibus vincerentur indeque se darent desidiae, eos premi paupertate omniumque rerum inopia, ut nihil haberent, quo vitam sustentare possent. Quid autem inde secutum putaveris? Erant illi homines, quos sua ipsorum miseria oppumeret, nullo modo apti ad res magnas gerendas magnoque opere expetendas, cum nihil aliud curarent, nisi ut victum quotidianum pararent, omni patriae amore destituti.[3.] Unde pestis illa, qua nulla possit esse major, quamque Demosthenes saepius deplorat, ut cives patriae proditores esse mallent, quam tueri eam ac tegere.[4.] Haec autem pauperum conditio fecit, ut etiam divites malis afficerentur atque corrumpi se paterentur, cum non modo in theatris male haberentur,[5.] sedes suas nequissimis hominibus concedendo, verum etiam facultates in plebis delectationem profundere cogerentur, ne tenaces esse viderentur.[6.] Ne quis igitur miretur, quod boni cives nulla sua culpa omni pecunia, libertate, vita privati sint, si quid res ferret, aut deesset, quo plebi merces solvi posset,

1. Aristot. Polit. VI. 2. 4. 2. Xenoph. Res publ. Athen. 1. 3. Id. ibid. Demosth. Philipp. I. pag. 14. edit. Wolfii. 4. Id. Philipp. III. pag. 30. De Cor. pag. 319. 354. 5. Xenoph. Res publ. Athen. 2. 6. Id. ibid. 1. Oeconom. 2.

ex concionibns, judiciis et theatris debita. [7] Quod quam perniciosum fuerit, id rerum publicarum peritissimus existimator probe intellexit Aristoteles, qui mendicorum multitudine effici putaret, ut pecuniae per vim a divitibus extorquerentur; qua re maxime cerni civitatis ruinam, quae tam male affecta stare non posset. [8] Sed cum omnibus, qui sorte electi essent, rem publicam capessendi copia facta esset, nullo prohibente, ad magistratus paene omnes accedere possent, neque ratio haberetur ejus, si quis civis de patria bene meruisset: sponte intelligitur, vulgus imperitum omnes dignitates occupasse, cujus omne studium in augenda re sua collocatum esset, atque largitionis voluntatem tum in re publica versatam esse, quae nulla poenà afficeretur. Fracta erat omnis Senatus auctoritas, cum leges ferrentur, quas ipse non probasset, atque de rebus de integro quaereretur, quae jam decisae viderentur, [9] minuta Areopagi potentia, cui, sublato de moribus judicio, nulla fere vis relicta esset. [10] Sin vero investigamus causas, cur tanta omnium rerum calamitas nasci potuerit: sitae sunt in perpetuis rerum publicarum conversionibus et in plebis dominatione admodum crudeli. His enim malis res eo deducta est, ut nemo vitae et facultatum securitatem haberet, nemo patriae incolumitatem videret, quae ab injuria defendi non amplius posset, ex qua subita ejectio bene meritorum civium immineret. Adde, quod largitiones, a Philippo Macèdonico profectae, et immensae opes, quas Phocenses ex Apollinis templo protraxerant, usu pecuniae frequentiore omnes animi cupiditates excitavere, luxuriae et prodigalitatis studium incendere, ut patriae caritas esse posset nullà. Illorum autem temporum imago absoluta erit, si Justini verba adhibuerimus, quae huc pertinent, quaeque ita conscripta leguntur: [11] H u j u s (E p a m i n o n d a e) m o r t e e t i a m A t h e n i e n s i u m v i r t u s i n t e r c i d i t. S i q u i d e m a m i s s o, c u i a e m u l a r i c o n s u e v e r a n t, i n s e g n i t i a m t o r p o r e m q u e r e s o l u t i, n o n, u t o l i m, i n c l a s s e m e x e r c i t u s q u e, s e d i n d i e s f e s t o s a p p a r a t u s q u e l u d o r u m r e d i t u s p u b l i c o s e f f u n d u n t; e t c u m a c t o r i b u s n o b i l i s s i m i s p o e t i s q u e t h e a t r a c e l e b r a n t, f r e q u e n-

---

7. Xenoph. Res publ. Athen. I. 8. Aristot. Polit. VI. 5. 9. Xenoph. Res publ. Athen. III. 10. Aristot. Polit. VI. 2. 11. Justin. Histor. VI. 9.

tius scenam, quam castra, visentes; versificatoresque meliores, quam duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo milites et remiges alebantur, cum urbano populo dividi coeptum. Vere autem si volumus judicare, nemini illud rei scenicae studium laudabile videatur, cum nimium haberi debeat, atque omnia, quae ad leges servandas majorumque instituta pertinerent, negligi coepta sint. Nec vero solae Athenae tanta spectandi fabulas cupiditate flagrabant; reliquae etiam Graeciae partes idem secutae sunt, ut histriones ab urbe ad urbem migrarent, qua fabulas docere possent; de quo conferantur, quae Heerenius in libro notissimo attulit.[12] Quid enim dicam de Peloponnesiis, quorum theatra exstructa erant amplissima Epidauri, Tegeae, Megalopoli; quid de Dionysio tyranno illo quidem, qui cum populos suos crudeli imperio opprimeret, tamen in arte deesse sibi noluit, ut, auctore Aeliano,[13] ad fabulas conscribendas curam converteret? Idem cadit in Alexandrum Pheraeum, cujus tantus poeseos amor esset, ut ludis scenicis interesse vellet, Theodoro Athenis in Thessaliam evocato,[14] ut Macedonum reges omittam maximeque Alexandrum, qui bellicis laudibus, quibus abundabat, rei scenicae studium adjungeret. Facile enim patiebatur, ut poetae Antiphanes et Neophro sua consuetudine uterentur. Liceat eadem de regibus dicere, qui in illius regnum successerunt, dico Syriae principes et Pergami et Ptolomaeos ita appellari solitos. Sed ne longius hanc rem persequamur, memineris, quanto cum honore illi quidem claros poetas Menandrum et Philemonem ad se venire jusserint.[15] Expositis his omnibus, ex quibus appareat, quam vehemens fuerit hominum studium in re scenica, quod per cunctam Graeciam invalesceret neque ipsius finibus contineretur: considerandum omnino est, multum illud vituperii habere in Atheniensibus, cum profectum esset a quadam animi levitate et mollitie, quae rebus severioribus occupari nollent. Nonnulla eademque graviora, quae hanc rem attingant, Boeckhius disputavit, quae legisse juvat.[16]

---

12. Heeren, Ideen. Th. 5. S. 403. 13. Aelian. Var. Histor. XIII. 18. 14. Id. ibid. XIV. 40. 15. Plin. Histor. natur. VII. 30. 16. Staatshaushaltung der Athener. Th. I. S. 266.

2.

Omnino autem qui imaginem vitae Atheniensium morumque, qualis expressa est, vere institutam concedet, is intelliget, non diu rem publicam stare potuisse, quam nemo tueri vellet, quaeque multis in partibus deserta videretur. Concidit igitur omnis libertas, simulque concidere mercatura, omnium felicitas, litterarum artiumque studium, ad poeseos cultum maxime pertinens. Illud enim in promptu est, in liberis tantum populis et juris aequabilitate optimas litteras ac praecipue poesin florere et vigere consuevisse, cum eruditio et doctrina in civitate etiam circumscripta crescere possint: idque pertinet ad illud tempus, quod dicimus. Ubi omnis animi ubertas ac copia esse desiit, quae multa tulerat praeclara eaque, quae admirari soleamus: eruditi atque prudentes artis monumenta, quaecunque exstabant, congesserunt certoque judicio ponderarunt, in posterorum utilitatem conservantes. Quantum autem illi quidem in litteris colendis effecerunt, tantum ipsis florentissimis Graeciae temporibus parum cessisset, quibus deesset otium animique tranquillitas, quae ad res illas conficiendas omnino desideratur. Ne tamen quis obliviscatur, quemadmodum paulo ante dixi, quid illa tempora ad omnem poeseos rationem valuerint, cujus institutio talis esset, ut poetae ingenii fecunditate destituti doctrinaeque nitore conspicui carmina componerent, quae magis ad artis leges, quam ad veritatis laudem directa videantur inque forma plus, quam in argumento elaborarent. Quod autem de toto poesis genere dictum est, id latissime patet, ut etiam in comoediae ratione cerni videatur. Ea enim nova argumenta sumere debebat, cum neque publicae vitae praesentiam, quemadmodum apud veteres comicos factum erat, neque res in litteris versantes atque ad praeteritum tempus pertinentes, ut medii poetae instituerant, tractare posset. Qualia autem fuerint argumenta, id tum apparet, cum consideravimus totius aetatis rationem, quae in rebus observandis et explicandis occupari vellet. Ut enim eruditi homines vitae humanae partes complectebantur, ut ostenderent, in qua re cerneretur aut bonitas animi, aut pravitas: ita comici eas res omnino describere volebant ac proponere, quae in consuetudine offenderent atque societatem hominum conjunctionemque violarent. Ex quo intelligitur, nos non assentiri Schlegelio, qui novam comoediam mixtum quod-

dam genus dixerit idque, quod in rebus diversi generis contineretur, cum ex nullo alio genere pendere nobis videatur, sed ex ipso tempore nata et profecta, quamquam Philemo, novae comoediae princeps, ad Cocalum Aristophaneam se accommodabat, in qua prima hujus generis stamina ducerentur. Cujus rei testimonium praebet Anonymus ita locutus:[1] *πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν*, et alibi:[2] *ἐγένετο δὲ καὶ αἴτιος ζήλου τοῖς νέοις κωμικοῖς, λέγω δὲ Φιλήμονι καὶ Μενάνδρῳ. Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ* (*χορηγικοῦ* Meinekius I. p. 35.), *ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων πρὸς τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν, αἴτιον γὰρ κωμῳδίας τὸ σκώπτειν τινάς, ἔγραψε κωμῳδίας τινάς, Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν καὶ τἄλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος.* Non igitur alienum ab hoc genere esse potuit, ut, cum publica eademque praesens vita relicta esset, personae describerentur, quae generales dici soleant, cum non singulos homines, sed certum eorum genus exprimant, in rebus ludicris maxime versans. Quas autem dicimus personas, de eis plura infra dicentur. Neque inutile erit adjicere, quid aliis in hoc comoediae genere inesse videatur, cujus naturam Euanthius definiendo ita explicuit:[3] (nova comoedia) quae argumento communi magis et generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret: et minus amaritudinis spectatoribus, et eadem opera multum delectationis afferret: concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro. Idem hoc in his fere Camerarii continetur:[4] Comoedia autem est poema *δραματικὸν*, hoc est, expositio numerosa, id est, carmine comprehensa et in actionem implicita, seu collata in personas, argumenti ficti, de rebus, casibus, negotiis sumtis e vita communi et quasi cotidianis eventis. Neque abhorret ab eorum sententia, quos laudavimus, Schlegelii illud:[5]

1. Apud Dindorf. pag. XV. 2. Apud eundem, pag. XVII. 3. De Trag. et Com. pag. 27. 4. De comicis versibus Diatribe, in Gronov. Thes. Graec. Antiq. Vol. VIII. pag. 1580. 5. Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Th. II. S. 331. 332.

Das Lustspiel (so will ich die neue Gattung zur Unterscheidung von der alten nennen) ist demnach eine Mischung von Scherz und Ernst. Der Dichter treibt nun nicht mehr selbst mit der Poesie und der Welt seinen Scherz, er überläßt sich nicht einer scherzhaften Begeisterung, sondern er sucht in den Gegenständen das Scherzhafte auf: er schildert in den menschlichen Charaktern und Lagen dasjenige, was zum Scherz veranlaßt, mit einem Wort, das Lustige, das Lächerliche. Aber es soll nicht mehr als eine bloße Schöpfung seiner Fantasie auftreten, sondern wahrscheinlich sein, das heißt wirklich scheinen.

Restat, ut praecipuorum poetarum nomina addantur, quae Meinekius ita enumeravit: [6] Apollodorum Geloum, Apollodorum Carystium, Anaxippum, Anthippum (?), Athenionem (?), Batonem, Critonem, Crobylum, Callippum, Diphilum, Damoxenum, Demetrium, Demophilum, Diodorum, Dionysium, Diophantum, Euphronem, Epinicum, Euangelum, Eudoxum, Hegesippum, Hipparchum, Lynceum, Menandrum, (Machonem,) Nicomachum, Nicolaum, Philippidem, Phoenicidem, Posidippum, Philemonem, Philostephanum, Simylum, Sosicratem, Sosippum (?), Sosipatrum (Sopatrum), Theognetum, Theophilum. Ex his veteres critici in canonem recepisse videntur Menandrum, Philippidem, Diphilum, Philemonem et Apollodorum Carystium, non, ut alias demonstrabo, Geloum. Hos certe prae ceteris commemoravit Grammaticus Coislinensis, cui non repugnat Anonymus de Com. l. l., nisi quod Posidippum addidit. Tzetzes autem l. l. rursus in trium poetarum commemoratione acquiescit: καὶ νέοι, inquit, Μένανδρος, Φιλιστίων, καὶ πλῆθος πολύ. Ubi quum ineptissima sit Philistionis mimographi, qui extremis Augusti temporibus floruit, commemoratio, vix dubito, quin Tzetzes Φιλιππίδης scriptum reliquerit.

---

6. Quaest. scen. specim. II. pag. 5. 6.

3.

Jam sequitur, ut de sententiarum ratione dicatur, quae novo in genere usitatissima fuerit. Est autem illa quidem, de qua hoc loco disserendum est, ita comparata, ut a poeseos dignitate descendat, quae in rebus animo informatis consistat, seque applicet ad vitae communis humilitatem: id quod non re condita quadam ratione cernitur, sed in promptu omnino est. Qua ex re intelligitur, non tanto ingenii opus fuisse, aut artis praestantiae ad hoc genus colendum, quanto priores comici uti deberent, cum pertineret ad omnes poetas ejusdem, ut hominum vitam observarent agendique rationem, quae sub oculos caderet. Itaque non injuste fecerunt, qui fabulas illas, quibus animi quaedam incitatio deesse videretur, a poematum numero excludi voluerunt. Quod Tullius in his fere dicit: [1] poeta grave plenumque carmen sine coelesti aliquo mentis instinctu fundere non potest. Ingenue idem fatetur Horatius, cujus auctoritatem nolim infringere: [2]

> Ingenium cui sit, cui mens divinior atque os
> Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.
> Idcirco quidam, Comoedia, necne, poema
> Esset, quaesivere: quod acer spiritus ac vis
> Nec verbis, nec rebus inest, nisi quod pede certo
> Differt sermoni sermo merus. . . . . .

Qualis autem differentia sit in hac re et antiqui et novi generis, id tum apparet, cum ponderamus, quanta fuerit ridendi jocandique libertas apud veteres comicos, quae in nova comoedia nimis coercita videatur. Ut enim secerni non potest omnis jocus festivitasque ab illo genere, ut cum eo omnino confusa sit: sic in hoc multa acute tradi ac praecipi solent, adstricta petulantia, ut conjunctio quaedam poesis et philosophiae sit. Hinc illud amicitiae vinculum, quo Menander et Epicurus arcte continerentur, quorum aetas ad id tempus pertineat. Quanta enim familiaritas fuerit utriusque viri, ipse Menander exprimere voluit epigrammate, quod legitur in fabularum fragmentis a Meinekio collectis, [3] ut non mirum sit, si qui poetam illum

1. Tusculan. disputat. I. 26. 2. Satir. I. 4. v. 44. seqq. 3. Menandri et Philemonis reliquiae, pag. 299.

Epicureis adnumerari juberent. Accedit Theophrasti disciplina, cujus tanta fuit vis, ut ad informandam Menandri indolem plurimum posset vitaeque rationem instituendam, ex qua petenda est admirabilis illa quidem poetae scientia, qua varia hominum ingenia describere et *χαρακτῆρας* pingere potuit, excussis animi humani recessibus. Quo magis etiam intelligatur, quod volumus, transscribamus nonnulla fabularum fragmenta, quae servata reperiuntur apud Meinekium in libro nobilissimo, quorumque haec commemoratione dignissima videantur:

Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν,
ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'. εἰ δὲ μή, τἄνω κάτω
ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταστραφεὶς ὅλος. 4.

deinde: *Περὶ χρημάτων λαλεῖς, ἀβεβαίου πράγματος·*
εἰ μὲν γὰρ οἶσθα ταῦτα παραμενοῦντά σοι
ἅπαντα τὸν χρόνον, φύλαττε, μηδενὶ
ἄλλῳ μεταδιδούς, αὐτὸς ὢν δὲ κύριος.
εἰ δὲ μηδ' ἑαυτοῦ, τῆς Τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,
τί ἂν φθονοίης, ὦ πάτερ, τούτων τινί;
αὐτὴ γὰρ ἄλλῳ τυχὸν ἀναξίῳ τινὶ
παρελομένη σου πάντα προσθήσει πάλιν·
Διόπερ ἐγώ σέ φημι δεῖν, ὅσον χρόνον
εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ,
αὐτόν, ἐπικουρεῖν πᾶσιν, εὐπόρους ποιεῖν,
οὓς ἂν δύνῃ πλείστους διὰ σαυτοῦ· τοῦτο γὰρ
ἀθάνατόν ἐστι, κἂν ποτε πταίσας τύχῃς,
ἐκεῖθεν ἔσται ταὐτὸ τοῦτό σοι πάλιν.
πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστιν ἐμφανὴς φίλος,
ἢ πλοῦτος ἀφανής, ὃν σὺ κατορύξας ἔχεις. 5.

Tum: *Οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον,*
ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα. 6.

tum: *Ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος*
τά γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ. 7.

tum: *Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,*
τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα. 8.

---

4. Ibid. pag. 3. 5. Ibid. pag. 49. 50. 6. Ibid. pag. 55. 7. Ibid. pag. 71. 8. Ibid. pag. 72.

tum: Ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων
μάντις τ' ἄριστός ἐστι, συμβουλός ϑ' ἅμα. 9.
tum: Κατὰ πολλ' ἄρ' ἐστὶν οὐ καλῶς εἰρημένον
τὸ γνῶϑι σεαυτόν. χρησιμώτερον γὰρ ἦν
τὸ γνῶϑι τοὺς ἄλλους. 10.
denique: Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.
ὁ μὲν γὰρ αὑτῷ συλλέγει καὶ φείδεται,
ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ' ἐνεδρεύσας πάντ' ἔχει. 11.
postremo: Πολλοὺς λογισμοὺς ἡ πονηρία κυκλεῖ.
Ἀλλὰ τῶν χρηστῶν ἔχει τιν' ἐπιμέλειαν καὶ ϑεός. 12.

Sed cum longum sit, omnia, quae in rem nostram converti possint, apponere, contenti sumus reliqua indicasse. 13. Optimo autem jure referri huc possunt nonnulla, quae ex Philemonis fabulis ad nostram memoriam pervenerunt, ex quibus hos versus affero:

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν τύχην ὡς οὐ μία,
οὐδ' ἔστι πρώην, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεϑ', εὐϑὺς χἠ τύχη
προσγίγνεϑ' ἡμῖν, συγγενὴς τῷ σώματι·
κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἑτέρου λαβεῖν τύχην. 14.
deinde: Χαλεπὸν τὸ ποιεῖν, τὸ δὲ κελεῦσαι ῥάδιον. 15.
tum: Πάντ' ἔστιν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις. 16.
denique: Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί ἐστιν ἀγαϑόν, κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω,
τί ἐστιν· ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
πλέκουσι ταῦτα μᾶλλον, ἢ τί τἀγαϑόν.
Ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν εὗρον· εἰρήνη 'στίν· ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανϑρώπου ϑεοῦ·
γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν,

9. Ibid. pag. 78. 10. Ibid. pag. 83. 11. Ibid. pag. 102. 12. Ibid. pag. 133. 13. Legi possunt, quae in paginis 19. 24. 65. 69. 96. 98. 134. 148. 152. 157. 169. 171. 175. 177. 183. traduntur. 14. Menandri et Philemonis reliquiae ed. Meinek. pag. 360. 15. Ibid. pag. 365. 16. Ibid. pag. 368.

αὕτη δίδωσι· ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ,
τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος. 17.

Quibuscum conferantur alia quaedam. 18. His igitur exemplis allatis, quale sit illud, quod in acumine positum dicimus, intellectum puto. Est autem aliud, quod hujus generis maxime proprium videatur, situm illud quidem in gravitate quadam, quae non modo spectatur in sententiarum natura, verum etiam in tota fabularum conformatione, de qua infra dicetur. Sed ne quis sit admiratus, cur novae comoediae scriptores talia graviter dicta, quae nonnunquam ad sublimitatem sese adtollerent, fabulis inserere vellent: sequebantur omnino Euripidis exemplum et ita sequebantur, ut totos se ei traderent. Ita intelligitur magna illa quidem Menandri et Euripidis cognatio, quae tanta est, ut multi nescіverint, utri has illasve sententias tribuerent. Ejus rei testis est locupletissimus Plutarchus, qui, cum homo esset mitissimi animi multumque haberet humanitatis, Menandri gravitate atque mansueto dicendi genere tantopere delectaretur, ut eum Aristophani ceterisque veteris comoediae principibus praeferret, id quod plane perspicitur ex eis, quae ille pluribus locis disputavit. 19. Sed etiam Philemo ad eam Euripidis admirationem pervenit, ut hominem aliquem in comoedia dicentem fecerit, se manum illico sibi esse illaturum, ut apud inferos adspiceret Euripidem, dummodo manes etiamnum vivere et sentire sibi foret persuasum. Nec vero mirum videatur, quod comoediae scriptores sese omnino ad Euripidem accommodaverint, cum tota illa aetas τοῦ τραγικωτάτου ποιητοῦ 20. amore capi coepisset, ut non solum morum praecepta vitaeque exempla e fabulis ejusdem desumerentur, sed etiam toti versus, in quibus venustas quaedam ac pulcritudo inesse videretur, novis fabulis immiscerentur. Adjiciantur Quintiliani verba, quibus, qualis fuerit Menandri et Euripidis ratio, in hunc modum expressit: 21. H u n c (E u r i p i d e m) e t a d m i r a t u s m a x i m e e s t, u t s a e p e t e s t a t u r, e t s e c u t u s, q u a m q u a m i n o p e r e d i v e r s o, M e n a n d e r. Hinc etiam Cicero sri-

---

17. Ibid. pag. 378. 18. Quae inveniuntur in paginis 363. 364. 371. 373. 381. 19. Sympos. VII. 8. pag. 712. b. De vitae pud. pag. 531. c. Comp. Men. et Arist. pag. 853. b. 20. Aristot. Art. poet. XIII. 21. Institut. orat. X. 1. 69.

bit,[22] fuisse hominem perlitteratum, qui Euripidem et Menandrum inter se disserentes fecerit. Sed ut contentio quaedam et comparatio fieri possit, qua ratione Menander Euripidem imitatus sit atque etiam verbis ipsius uti voluerit, transscribam pauca ex eis, quae Meinekius in libello erudite conscripto congessit:[23] Euripides Troadum initio:

ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος.

Menander apud Athen. XI. p. 474. c. ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος. Euripides Iphig. Taur. 467.

τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς ἔχῃ καλῶς —

Menander apud Athen. IV. p. 243. a. τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχει καλῶς. Euripides Hippol. 106.

οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεός.

Menander apud Clem. Alex. adv. Gent. p. 22. 18. et Justinum Mart. p. 39. e. οὐδεῖς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεός. Euripides apud Plutarch. de defectu orac. p. 432. c. et Ciceron. de divin. II. 7.

μάντις τ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Menander apud Stobae. III. p. 15. Grot. ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων — μάντις τ' ἄριστός ἐστι σύμβουλός θ' ἅμα. Sic enim leg. pro μάντης ἄριστος, quam formam vellem Lexicographi nostri proscripsissent. Eurip. ap. Stob. Serm. I. p. 2.

οὐκ ἐστὶν ἀρετῆς πρᾶγμα τιμιώτερον.

Menander apud Stob. Serm. VI. p. 79. οὐκ ἐστὶ μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον. Euripides apud Stob. Serm. CXII. p. 583. 35.

οὐκ ἐστὶ λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.

Menander apud Stob. Serm. XX. p. 172. 11. Gesn. οὐκ ἐστὶ λύπης, ὡς ἔοικε, φάρμακον — ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου. Cfr. Davisius ad Cicer. Tusc. III. 31. Euripides apud Eustath. ad Hom. III.

---

22. In fragm. V. XVI. T. II. pag. 34. ed. Schütz. 23. Quaest. Menandrearum specim. I. pag. 40. 41.

p. 1412. 13. **Rom.** ὅτι δὲ τῇ μητρὶ ἀνάκειται ἡ περὶ τῶν παιδῶν ἀκριβὴς εἴδησις δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης λέγων·

[ἐστὶν δὲ] μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός·
ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται.

Quae ad verbum fere expressit Menander Stobaei Serm. LXXIV. p. 449. 29. ἐστὶν δὲ μήτηρ φιλ. μᾶλλον πατρός — ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν υἱόν, ὁ δ' οἴεται. Qui plura hac in re discere volet, is inspiciat illum librum eaque attendat, quae deinceps disputata sunt. Habemus autem locos, ex quibus et illud sententiarum genus, de quo loquimur, et hic orationis color, qui ad tragicos maxime pertinet, quam late fusus sit, appareat. Ex eis hi potissimum legendi sunt:

Χαῖρ', ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ' ἰδὼν
ἀσπάζομαι. τουτὶ γὰρ οὐ πᾶσαν ποιῶ
τὴν γῆν, ὅταν δὲ τοὐμὸν ἐσίδω χωρίον.
τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν. 24.

deinde: Δέσποιν', Ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεύς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντ' ἀναγκασθεὶς ποιεῖ. 25.

tum: Ὦ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·
αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν. 26.

tum: Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ
τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων'
οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς. ἀλλὰ κατ' εὐχὴν
σήν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημείσθω
τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς. 27.

tum: Ὦ φιλτάτη γῆ μῆτερ, ὡς σεμνὸν σφόδρ' εἶ
τοῖς νοῦν ἔχουσι κτῆμα πολλοῦ τ' ἄξιον.
ὡς δῆτ' ἐχρῆν, εἴ τις πατρῴαν παραλαβὼν
γῆν καταφάγοι, πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους,
καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς, ἵν' οὕτως ᾔσθετο
οἷον παραλαβὼν ἀγαθὸν οὐκ ἐφείσατο. 28.

---

24. Menandri reliquiae, pag. 3. 25. Ibid. pag. 72. 26. Ibid. pag. 104. 27. Ibid. pag. 105. 28. Ibid. pag. 123.

denique:

> Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν
> ἐν παντὶ καιρῷ· ταῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
> εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος. 29.

adjiciendis aliis pluribus. 30. Inter Philemonis fragmenta ea velis spectare:

> Οἴμοι· τὸ λυπεῖσθαι γὰρ ἐπὶ τὸ ῥῆμ' ἄγει
> τοῦτ' εὐθὺς, ὡς ἔοικε, τὸν λυπούμενον.
> λυπουμένῳ δ' ὅταν τις ἀκολουθῶν λέγῃ
> χαῖρ', ἐξ ἀνάγκης οὗτος οἰμώζειν λέγει. 31.

deinde:

> Ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνὴρ,
> τούτων δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ' ἄλλων νόμος,
> ἑτέρων τύραννος. τῶν τυραννούντων φόβος,
> δοῦλοι βασιλέων εἰσὶν, ὁ βασιλεὺς θεῶν,
> ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ' ἂν σκοπῇς, ὅλως
> ἑτέρων πέφυκεν, ἡττόνων δὲ μείζονα.
> τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί. 32.

Sed maxime offendi nonnulli solent eo, quod multa in hoc genere insunt, quae ad amores pertinent; quare fit, ut poetis objiciatur, quasi lectio eorum ad corrumpendam juventutem plurimum possit. Sed res paulo aliter accipienda est, si vere judicare volumus, cum ea, quae de amoribus traduntur, non nisi ad *ἑταίρας* pertineant habeantque, quibus excusari possint. Ut vero tota haec res penitus perspiciatur, non possum, quin Meinekii verba apponam, quae ejusmodi sunt:[33] Qua de re praeclarus est locus Plutarchi apud Stobaeum e deperdito libro de amore apud Stobaeum Serm. LXI. p. 393. *τῶν Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικόν ἐστιν ὁ ἔρως, οἷον πνεῦμα κοινὸν διαπεφυκὼς* etc. Idem testantur Philostratus Epist. XLII. p. 933., de quo loco dixi ad Fragm. p. 59., Ovidius Trist. II. 370. Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri, Et solet hic pueris virginibusque legi; et Christodorus Ecphr. 363. qui Menandri fabulas, utpote virginum ante legitimas nuptias vitia

---

29. Ibid. pag. 171. 30. Qui leguntur in paginis 68. 71. 75. 90. 31. Philemonis fragmenta, pag. 359. 32. Ibid. pag. 366. 33. Menandri et Philemonis reliquiae. Praefat. pag. XXVIII. XXIX.

tarum amores complexas, arguta brevitate *ἰάμβους ἀεδνώτοιο κορείης ἅρπαγας* vocat. Nullam tumen ex tanta fabularum multitudine turpibus et illicitis amoribus inquinaverat, sed ita omnes instituerat, ut ipsae illae virginum stuprationes in legitima connubia verterentur.

Quamquam igitur toti comoediae generi, quod dicimus, major quaedam universitas danda est, qua acumen et subtilitas efficiatur: tamen altera ex parte jacturam fecit vigoris et petulantiae omninoque ejus, in quo summa comoediae virtus consistit, ut ostenderet, quid vitae humanae maxime oppositum esset. Qua ex re elucebit, poetas id potissimum secutos esse, ut quae amiserant, ea aliis rebus sarcirent, ex quo genere sunt status inopinati, actiones multa cum arte institutae, denique personae, quae per se multum ludicri habent. Quoniam autem oratio nostra ad personarum rationem perducta est, videamus, quae induci soleant, quarum praecipuas Ovidius his versibus conjunxit: [34]

Dum fallax servus, durus pater, improba lena
Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.

Sed ut explicatius etiam de personarum genere dicatur, jam primum afferendum est, quod Apulejus tradit, [35] qui inter personas habet lenonem perjurum, amatorem fervidum, servulum callidum, amicam illudentem, sodalem opitulatorem, militem proeliatorem, parasitos edaces, parentes tenaces, meretrices procaces. Quae cum ita instituta essent, omnis vitae imago expressa est, omnia ad res, affectus, personas accommodata sunt, quae eo magis placere debent, quo major inveniendi copia fuit: de quo conferri possunt, quae Lessingius praeclare dixit. [36] Atque hac in re jure comparationem fecit Winkelmannus Menandri et Lysippi, [37] cum utrumque artificem naturam maxime secutum dicit, a qua reliqui magis alieni fuerint. Quamvis autem nulla integra ex-

34. Amor. I. eleg. 15. 17. 35. Apul. Flor. 16. 36. Dramat. II. S. 274. Hamburg.
37. Winkelmann, Geschichte der Kunst. Th. VII. S. 181.

stent, ex quibus ratio appareat, qua novae comoediae scriptores in personis describendis usi sint: tamen excellentiam praestantiamque spondet summa poetarum laus, quae per omne tempus tradita est. Quae ut probari possit, sequimur Meinekium ducem, qui omnes scriptorum locos huc pertinentes congesserit, quorum hos appono:[38] Splendidissimum novae comoediae sidus vocatur a Christodoro Ecphr. 362.

ὁπλοτέρου κώμοιο σελάσφορος ἔπρεπεν ἀστήρ.

Schol. Dionysii Gramm. p. 749. 13. *Μένανδρος ἄστρον ἐστὶ τῆς νέας κωμῳδίας.* Sic etiam Eustath. ad Hom. p. 1776. 48. Rom. In novae Comoediae canonem eum ab Alexandrinis grammaticis receptum fuisse, non dubitaremus, si vel maxime diserto Proculi, ut Grammatici Coisliniani et Anonymi de Com. p. XII. testimonio careremus. V. Ruhnk. Hist. crit. Oratt. Gr. p. XCV. Cujus poetae gloria cum tanta fuerit, aperte intelligitur, saepe eum victorias e scenicis certaminibus reportare potuisse, de quorum numero Gellius loquitur;[39] sed frequentius etiam superior decessisset Menander, nisi obstitisset Philemonis invidia, auditorum judicia corrumpentis. Hinc lepidissima illa narratio, qua Menander obtrectatorem ita allocutus traditur: cum me vincis, Philemo, non erubescis? Ac tamen plurimi Menandrum adeo admirari voluerunt, ut summis omnium aetatum poetis annumerarent haberentque fabulas ejus in deliciis, quae ipsis Plutarchi temporibus in scenam committi solerent.[40] Sed ne multus sim in his rebus, mitto ea, quae de Graecis plerumque dicuntur, quorum multi ad Menandri exemplum sese componerent, mitto Sidonium Apollinarem, elegantis virum ingenii, mitto amatorios scriptores, qui multum in Menandri imitatione versarentur. Quantum autem Philemonis laudi tribuendum sit, id fusius exponere prohibet propositi ratio; satis erit, totam rem ad Apulejum aliosque rejecisse, qui pluribus verbis gloriam ejus indicarunt. Sed ad id, quod agimus, pergamus, ut explicetur ratio describendi personas, qualis novo in genere adhiberi soleat. Ea autem intelligi maxime debet ex Te-

---

38. Menandri et Philemonis reliquiae, praefat. pag. XXVII. 39. Gell. N. A. XVII. 4.
40. Compar. Men. et Arist. pag. 854. B.

rentii instituto, cujus omnis ratio ad Menandri exemplum accederet: ut omittam alios Romanorum poetas, qui idem sequi voluerunt. Sed illa quidem, de qua loquimur, Terentiana imitatio non talis haberi debet, quasi totam sese Graeco exemplo dederit, quae est nonnullorum sententia, cum multis in rebus Latinum discrepasse ab eo jure contenderim. Assecutus animo est ingenium ejus, quem sequi voluit, excepto, quod vis ei defuisse videatur, ut exprimunt Julii Caesaris versus notissimi: [41].

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
Poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis,
Comica ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror et doleo tibi deesse, Terenti.

At vero quaestio hoc loco oriri potest, utrum recte judicarit gravissimus ille scriptor, an minus, cum homines elegantes atque politi plane consentiant, qua arte saepe ludens Terentius, qua elegantia, quam vivis coloribus ridiculos hominum mores pingat, ut multam vim inesse fateantur. Qua in re dijudicanda ne temere atque inconsiderate agere videamur, optimum ducem sequimur, qui vim illam quidem τὸ παθητικὸν esse docuerit, [42]. quod Menander admirabili artificio cum τῷ ἠθικῷ conjunxit, quodque cum ad argumentorum tractationem dicendique genus, tum ad morum delineationem pertinet. Quamquam igitur ex eis, quae hucusque disputata sunt, concluditur, personas illas, quas Terentius induxerit, ad Graeci exemplum expressas esse: tamen negari non debet, multa eum adjecisse, quae ipse invenisset, et formas earum ita delineasse, ut vigoris cujusdam ac novitatis laudem haberent. Sed quoniam, exstincto veteris mediaeque comoediae more, quo aut homines notissimi rebus ineptis occupati viderentur, aut parodiae lusu carperentur, talis consuetudo invaluit, ut vitae imago cum personis a sensibus sejunctis proponeretur, quae ex animali exemplo expressae essent, aut homines ejusmodi describerentnr, qui

---

41. Donat. vit. Terent. pag. 754. 42. Menandri et Philemonis reliquiae, praefat. pag. XXXVI.

agendi ratione suum ipsorum ingenium proderent callidisque consiliis impliciti varium ludendi genus exhiberent, omnibus rebus ad vitam domesticam relatis: sponte intelligetur, poetas omnino caruisse larga materia, quae eos, a quibus audirentur, delectare atque movere posset. Constat enim inter omnes, res gestas, quas ipsi viderimus, quarumque socii aliquo modo nobiscum conjuncti sint, majorem vim habere in hominis animum, quam res fictas, quamvis magnum sit fallendi studium. Ita fieri potuit, ut poetae majore arte adhibita compensare studerent, quod ab altera parte amisissent, darentque operam hominum animis explorandis atque morum rationi cognoscendae, non praetermisso ullo ingenio, aut vitae communis parte, quibus rebus in fabulis inveniendis plurimum adjuvarentur. Ex quo intelligitur, personas etiam tales in scenam prodire potuisse, quae honestae essent ac laude dignae: id quod peculiare est hujus generis, cum omnis res eo rediret, ut spectatorum animi suaviter moverentur morum descriptione. Praeclarum igitur Donati illud quidem:[43] u t i n t e n t i s p e c u l o v e r i t a t i s l i n e a m e n t a f a c i l e p e r i m a g i n e s c o l l i g i m u s, i t a l e c t i o n e c o m o e d i a e i m i t a t i o n e m v i t a e c o n s u e t u d i n i s q u e n o n a e g e r r i m e a n i m a d v e r t i m u s. Idem hic scriptor Ciceronem loquentem facit, qui comoediam imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis dixerit. Quo liberior autem erat vivendi consuetudo, qua Graeci uti solerent, eo magis omnis ingenii ratio apparebat, quam poetae exprimere possent, quaeque in eadem persona vario modo effingeretur. Nec mirum igitur est, si forte spectatores multis in rebus, quae in scena tractarentur, sibi hoc illudve dictum putarint, quamquam poeta nihil tale spectaverat. Unde fit, ut theatrum opportunitatem praeberet, qua mores ingeniumque humanum probe intelligi posset, adjuncta delectatione, quae maxima esse solet, cum hominum instituta, ad omnem ordinem pertinentia, non solum audimus, sed etiam in agendi ratione videmus. Qualis autem descriptio fuerit personarum, ut eo revertar: id tum apparebit, cum consideraverimus, omnia ea, quae ad mores relata sint, minus apta esse ad animos excitandos atque admirationem commovendam; quare inest in personis animi quaedam

43. De comoed. Dissert. in Gronov. Thes. Antiq. Graec. Vol. VIII. pag. 1474.

tranquillitas, deest incitatio, in veteri comoedia saepius expressa. Ne quis vero poetis crimini dandum arbitretur, quod talem personarum descriptionem adhibuerint, neve putaverit minoris faciendam, cum institutum illud ex ipsa aetate profectum sit, quae ad magnam morum perpolitionem pervenerat, habeatque laudem suam, quae pertineat vel ad liberalem animi delectationem, vel ad alendum ingenium et acuendum, ut, quo plus attuleris sapientiae, eo plus inde referas. Hinc illud Grotii dictum, alia in Terentio legere pueros, alia viros, cum interrogatus esset, cur tanti eum faceret, ut secum semper ferret. Quidni enim hunc philosophum appellem eumque non contemnendum, qui quidem sine ostentatione ingenii, cum omni modo elaboret, ne elaborasse videatur, adeo vera ratiocinetur, et in tanta animorum atque voluntatum diversitate unius cujusque aetatis, fortunae, conditionis, hominis denique mores ea arte pingat, ut totam hominis naturam excussisse, abditos ingenii humani recessus explorasse, mentes denique sensusque singulorum degustasse videatur? Satis fere dictum puto de Terentii arte in describendis personis. Sunt autem qui eundem accusent, quod quae homines turpia facere soleant, ob oculos ponat, cum dicunt, turpia commendari vitia, videri tristem patrum severitatem, induci servos fraudulentos, corruptores juventutis, et meretrices parum honestas. At vero teneamus omnino, rem ita institui, ut plena sit honestatis cura, ut ipsae quoque meretrices appareant honestiores, quam alibi; quo accedit verecundia quaedam mollisque sensus ejus, quod decere dicimus, cujus quidem pudoris plura habemus exempla.[44] In his enim circumspiciendum est, quanto cum pudore res, quae simpliciter dicta habuisset fastidii aut offensionis multum, molliatur verbis honestioribus, indicata magis, quam commemorata, ut poeta pictorem illum secutus videatur, qui obvolvendum caput Agamemnonis putarit potius, quam penicillo imitandum. — Sed majorem etiam laudem meruit, quod servare illud voluit, quod doceat, judicans ex persona, quid quaque dignum sit, ut omnes in fabulae perpetuitate sibi constare videantur. Qua de re plura eademque praeclara Casalius his ver-

44. Andria. I, 1. v. 58. II. 1. v. 25. Eunuch. III. 5. 6.

bis praecepit:[45] Quarto denique mores aequabiles esse oportere, hoc est, eundem semper habere tenorem ac modum, quem initio susceperunt, ne a se ipsis paulatim discordare videantur; et quem iracundum semel effinxeris, quem placidum, quem crudelem ac impium, eum eosdem plane mores prae se ferentem semper atque ad exitum usque fabulae retinentem facias: cujus ratio probanda est, quia habitus morum constantissimus semper et aequabilis est, ut docet Horatius inter cetera Poeticae monita:

Si quid inexpertum scenae committis et audes
Personam formare novam, servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.

Quarto sententia mores debet excipere, ut qui certis praeditus sit moribus, animi quoque sententiam habeat opinionemque moribus illis respondentem. Sed ut personis, quae ex communi aetatis, generis, ordinis observatione adumbratae erant, ut supra dixi, major quaedam vis addi posset, multum adjuvabant *τὰ προσωπεῖα*, quorum ope optime id, quod in singulis hominibus perceptum erat, ad generalem personam colligi atque repraesentari liceret. Ita senis *προσωπεῖον* omnia prae se ferebat, quae in senectute omnino animadverti solent, aliis aliter expressis, ut externa forma ingenio personarum plane respondere videretur, quamquam haud raro superlatio veritatis esse potuit, id quod docet Anonymus ita disserens:[46] *ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα, πρίν τι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν, ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ. ἐν δὲ τῇ μέσῃ καὶ νέᾳ κωμῳδίᾳ ἐπίτηδες τὰ προσωπεῖα πρὸς τὸ γελοιότερον ἐδημιούργησαν, — ὁρῶμεν γοῦν τὰ προσωπεῖα τῆς Μενάνδρου κωμῳδίας τὰς ὀφρῦς ὁποίας ἔχει καὶ ὅπως ἐξεστραμμένον τὸ στόμα καὶ οὐδὲ κατ' ἀνθρώπων φύσιν.* Tota autem res multo etiam dilucidior erit, cum audierimus Wachsmuthium praeclare disputantem:[47] Aus dem Gebrauche der Masken

---

45. Joh. Bapt. Casalii Romani de trag. et com. lucubratio in Gronov. Thes. Antiq. Graec. Vol. VIII. pag. 1602. 1603. 46. Apud Dindorf. pag. VII.
47. Athenäum, Humanistische Zeitschrift von F. Günther und W. Wachsmuth. Heft I. Jahrgang 1816. S. 166. 167.

überhaupt und dem bei den Griechen geschätzten Studium der Physiognomik ließe sich schon erwarten, daß man auch das Aeußere den Charakteren angepaßt haben werde, wenn nicht bestimmtere Nachrichten darüber vorhanden wären. Aus diesen wissen wir nicht allein das Ansehen des πρῶτος und ἕτερος πάππος, ἡγεμὼν, πορνοβοσκὸς, der verschiedenen Arten Jünglinge u. s. w. (Jul. Poll. On. l. IV. segm. 138. sqq. spricht von der Maske eines πάγχρηστος νεανίσκος, einem ἁπαλὸς, ἄγροικος, μέλας, οὖλος u. s. w., wo die Verschiedenheit der Maske sich auf den Charakter gründete.): sondern auch, daß nach einem bestimmtern Charakter oder einer Leidenschaft die Maske sich veränderte. (Schol. in Oed. tyr. v. 30. s. die Abh. in Graev. thes. T. VIII. und Berger de personis.)

Außer den Masken dienten auch die bei den scenischen Personen neu geprägten Namen zur nähern Bezeichnung. S. Donat. ad Ter. Ad. 1, 1. Nomina personarum in comoediis duntaxat habere debent rationem et etymologiam. Etenim absurdum est, comicum aperte argumentum confingere, vel nomen personae incongruum dare, vel officium, quod sit a nomine diversum. Hinc servus fidelis Parmeno, infidelis vel Syrus vel Geta, miles Thraso vel Polemon, iuvenis Pamphilus u. s. w.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile, quid Terentio, assiduo Menandri imitatori, tribuendum sit, videre. Antequam tamen ad reliqua pergamus, adjungatur Philippi Melanchthonis memoria, qui rem, de qua jam dudum tracto, attingit.[47.] Sed quo magis eluceat describendi ratio, qua novum comoediae genus in personis inducendis uti voluerit, paulo curatius explicetur de Menedemi persona, quam Terentius in fabula nobilissima proposuit. Ut ab aliorum sontentia initium fiat, Humius ingenue fatetur, poetam laude dignum esse, quod conscientiae angorem et solicitudinem, sive desiderium suae ipsius poenae, quod includatur, multa cum elegantia exposuerit,[49.] repugnantibus Marmontelio[50.] et Diderotio,[51.] qui Menedemi ingenium naturae minus conveniens

48. Terentii fabulae ed. Bipont. praefat., pag. IV. 49. Grundsätze der Critik. Th. I. S. 283. 50. Poetique Françoise. T. II. pag. 380. 51. Oeuvres de Theatre. T. I. pag. 174.

atque etiam discrepans ab eadem censeant. Sed videamus, quid nos ipsi in tanta sententiae diversitate judicemus, omni re considerata. Intuemur autem in Menedemo senem, qui canitie conspicuus est atque tristitiae speciem habet, sed ingenium ejusmodi, quod ad omnem filii pietatem accedat, cui carissimum se esse speret, quemque vita potiorem habeat. Unde fit, ut pater nihil suscipere velit, nisi quod ad illam affectionem animi referri possit, quae tum quoque retineatur, cum compertum habet, filium ad voluptates propensiorem esse. Apparet quidem morositas quaedam, sed ea est, quae in objiciendis criminibus cernatur neque ullum odii indicium habeat: [52].

Ubi enim rescivi, coepi non humanitus,
Neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli,
Tractare; sed vi et via pervolgata patrum.
Quotidie accusabam.

et deinde: hem, tibine haec diutius
Licere speras facere me vivo patre?

At juvenis et animadversioni et castigationi, quae omni contumelia vacat ad ejusque utilitatem omnino accommodata est, audiens esse non vult, cum probra se indigna putet, paratque fugam. Quo facto pater sentire coepit, quantum amiserit et quam durus fuerit in filium, quem parum juste tractarit, ut non vereatur se ipsum accusare, tanquam auctorem malorum, quibus filius opprimatur: [53].

Saepe eadem et graviter audiendo victus est.
Et aetate putavit me, et benevolentia
Plus scire et providere, quam se ipsum sibi.
In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.

deinde: gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est,
Eum ego hinc ejeci miserum injustitia mea.

Quam gravia sunt omnia! gravis est animi eloquentia, apta moerentis oratio, pulcrum justi ingenium. Inde propositum seni est, ab omni vitae vo-

52. Heautont. I. 1. v. 47. seqq.

53. Heautont. I. 1. v. 61. seqq. et I. 1. v. 79. seqq.

luptate abstinere, omnes miserias subire, quibus culpam luat, quae omni poena major sibi videatur. [54]. Nec vero latet haec calamitas vicinum, cujus benevolentia erga senem tanta est, ut a laboribus sustinendis revocare studeat; sed infelix pater vix a se impetrare potest, ut a sudore requiescat, dum causam mali vicino narraverit. [55]. Omnia autem haec, quae agere fecit poeta senem, non proficiscuntur a celeri ingenii motu: praemeditata sunt atque prodeunt ex animi aegritudine, quae accuratius explicatur. Jam satis erit, ut animum patris intelligamus amantis, cujus omnis ratio conveniens dici debeat naturae humanae atque ad omnes res, quae proponuntur, aptissima. Nam eadem caritas facit, ut, qui ante severius contra filium egerat, idem nunc in se ipsum iniquius statuat. Ad eandem caritatem pertinent verba sincera, quae paulo post leguntur: [56].

> Meus gnatus! Venit! Clinia meus venit!
> Eamus: duc me ad eum, obsecro;

ejusdem animi est consilium, quo pater filio omnia concedere vult, quamvis nocitura sint, seque fortunasque pro ejus incolumitate devovere paratus est, dummodo secum habeat. [57]. Ne quis vero hoc loco objiciat, multa in sentiendi agendique ratione, qualis in Menedemo proponitur, insolenter dici, cum omnia consentanea sint ejus ingenio habeantque, quod ad veritatem accedere videatur. [58]. Qui cum filii fugam cognovisset, turbato animo domum redit, cujus tristitia nullo modo discuti potest, quamvis omnes studeant, ut memoriam calamitatis tollant, nihilque omittant, quod voluptatem patri afferre possit. Facit enim verba ejusmodi: [59]. me indignum tanta hominum opera, quae se conferat ad me explendum, o indignum, qui filium unicum ejecerit, quem pariter his uti decuit, atque etiam magis, cum aetas ad haec utenda aptior sit. At nemo fere reprehendet, quod senex adversas res immoderate ferre videatur, neve desiderabit aequabilitatem in omni vita, ut idem semper vultus sit, eadem frons, cum amoris vis latissime pateat eoque major sit, quo magis nobis persuadeamus, neque vota,

---

54. Heautont. I. 1. v. 83 — 98. 55. Heautont. I. 1. v. 15. seqq. 56. Heautont. III. 1. v. 22. 57. Heautont. III. 1. v. 55. seqq. 58. Heautont. I. 1. v. 70. seqq. 59. Heautont. I. 1. v. 76. seqq.

neque preces eum, quem amiserimus quemque carissimum habeamus, ad nos revocare posse, virtutum ejus memores, vitiorum obliti. Hinc illa oratio: [60] satisfiat filio meo, vendam omnia, ut ager ematur, hic me exerceo, laborans, quaerens, parcens, illi serviens, neque fas sit, ulla hic voluptate frui, dum filius salvus redierit. Sed ne quis sit admiratus, cur poeta hominem ejusmodi, qualis Menedemus est, jam ab initio in scenam prodire jusserit, cujus naturam una cum Chremete doleamus: [61]

An cuiquam est usus homini, se ut cruciet?

Inducimur enim medias in res, excitatur exspectatio, quae interjecto tempore expleatur, ut omnis fabulae nodus deinceps optime solvi possit. Praeclare autem rem instituit poeta, quod Menedemum non talem finxit, qui aegritudinem animo celaret atque eum, qui mali sui causa esset, tristissimis omnibus prosequeretur, id quod ad hanc personam minus pertinuisset. Recens est dolor, breve tempus, ex quo filius abest, ut spes non sit erepta, fore, ut absens revertatur. Ex quo intelligitur, quam vere poeta hominem formaverit, cujus ingenium fervidum esset, ut omne culpam in se conferret de filii amissione, quem carissimum haberet. Sed pertinet ad omnem hujus rei quaestionem semper in promptu habere, haud raro inveniri jusmodi homines, qui simili animi dolore laborarent, quique nullo modo a naturae humanae ratione alieni viderentur, cujus rei testis est locupletissimus Horatius his versibus: [62]

Hic vix credere possis,
Quam sibi non sit amicus: ita ut pater ille, Terenti
Fabula quem miserum nato vixisse fugato
Inducit, non se pejus cruciaverit, atque hic.

Omnis autem quaestio absolvi poterit, cum transscripserimus Tullii verba, quae hujusmodi sunt: [63] Neque enim, si nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos, aut alia exitia quaerant, aut, ut ille apud Terentium, qui decrevit tantisper se minus injuriae suo gnato facere, (ut ait) ipse dum fiat miser, inimicus ipse sibi

60. Heautont. I. 1. v. 84. seqq. 61. Heautont. I. 1. v. 29. 62. Satir. I. 2. v. 19—24.
63. De fin. Bon. et Mal. V. 10.

putandus est. Sed alii dolore moventur, alii cupiditate; iracundia etiam multi efferuntur, et quum in mala scientes irruunt, tum se optime sibi consulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant

Mihi sic usus est: tibi ut opus est facto, face:

velut, qui ipsi sibi bellum indixissent, cruciari dies, noctes torqueri vellent, nec vero sese ipsi accusarent ob eam causam, quod sese male suis rebus consuluisse dicerent. Eorum enim est haec querela, qui sibi cari sunt seseque diligunt. Quare, quotiescunque dicetur male de se quis mereri sibique esse inimicus atque hostis, vitam denique fugere: intelligatur aliquam subesse ejusmodi causam, ut eo ipso intelligi possit, sibi quemque esse carum.

Quibus ex rebus breviter disputatis intelligi debet, quam rationem secutus sit Latinus in describendis personis. Non dubium est, quin, quod ad Terentianum Menedemum pertinet, idem valeat de eo, cujus imaginem Graecus delineaverat, quique imitatori exemplo esse potuit. Est autem quod differat inter utriusque poetae rationem, quoniam pro certo affirmari potest, Menandrum majore cum gratia personam descripsisse, pro ingenii more, quo omnia ad id, quod deceat, referret, aut quod quaque persona dignum esset: Terentium vero magis etiam elaborasse in varietate, adjecta alterius hominis historia, atque in rerum observatione. Placet autem alia plura addere, ex quibus appareat, quae lineamenta animi complexi sint poetae, ut efficerent senis patris ingenium ad totum genus pertinens. Chremes maxime uti vult consilio amicorum iisque tribuere auctoritatem, ut rebus suis consulere possit. [64] Sedulo agit, ne omittat quicquam, quo serviat filii commodis, [65] cautum se praebet ac benevolum intuendis amici rebus, alienum ab omni adulatione, [66] cum ipse omni perturbatione animi careat, ex quo eluceat omnis constantia omnisque moderatio; denique omni modo

64. Andria. III. 3. v. 11. seqq. et IV. 5. v. 1. seqq. 65. Andria. V. 1. v. 1. seqq. 66. Andria. V. 2.

studet, ut amici animum avocet ab iracundia faciatque faciliorem, ne is finem et modum transisse videatur rationemque deseruisse.[67] Sed nolo haec diutius persequi, cum sit in promptu, quid voluerimus. Nec vero possum, quin animum advertam ad Micionis ingenium, cujus imago in Adelphis praeclare expressa sit, ut artis summam exhibeat. Est enim ille senex ita formatus, ut bonitatem animi prae se ferat abhorreatque a temeritate, nec agat quicquam, cujus non possit causam probabilem reddere, nimium tamen facilis, mitis, quietis amans.

Sed si contentio quaedam et comparatio fiat inter Plautum et Terentium, uter utri praeferendus sit in personarum descriptione aut melius egerit: non est, quod diu quaeratur, cum Terentio palmam facile deferamus. Sunt enim Plautinae personae minus ad artis leges expressae, ut non habeant gratiam elegantiamque, quamvis in aliis multis, quid posset, is poeta ostenderit, quae cernantur in rebus ludicris, implicationibus et explicationibus, erroribus, callidis consiliis. Ex quo elucet, etiam senis personam, qualem Plautus induxerit, ex vita cultiore non facile desumi consuesse, aut morum urbanitate excellere. Solet enim pater senex aut severus esse in filium operamque dare, ut filium reddat sobrium,[68] aut voluptatibus deditus est et lascivus, adeo sui oblitus, ut etiam consilia communicet cum filio in rebus detestandis.[69] Idem hoc cadit in severum patrem, simulatque solicitum sese sentit, ut rei eventu probatus non videatur.[70] Maxime autem alienus est ab amore in conjugem, cujus consuetudo fastidium ei creat, ut decipere eam non vereatur[71] furarique ei, quod meretrici libidinisque sociae tradat.[72] Sin vero deprehenditur ab uxore manifesto in scelere, omni virtute destitutus est, unde clamores: Nullus sum! Totus perii! occidi! seque subjungit summisse sub illius imperium.[73] Denique bellum gerit cum servi dolis, in cujus laqueos incidere soleat, cuique, cum irretitum sese videt, fraude detecta, irascitur quidem, sed impotenter. Ad-

67. Andria. V. 3. 68. Philto in Trinumm. 69. Cas. II. 3. v. 10. 70. Grex in Asin. V. 2. v. 93. seqq. 71. Asin. V. 5. v. 15. 72. Ibid. II. 2. v. 98. et V. 2. v. 36. 37. 73. Asin. V. 2. v. 73. et Cas. V. 4.

jicerem pauca de filio adolescente, qualis apud Terentium pingitur, nisi metuerem, ne disputationis finem et modum transirem. Ad haec tamen dicantur, talem eum describi, qui pietatem servet in patrem, fideliter atque impotenter amet, ut nullius consilii esse videatur, sed cordatus majorisque animi, ut ad quidvis audax sit ac temerarius, ad voluptates et protervitatem pronior. Accedit nonnunquam morum simplicitas artiumque imperitia, si forte juvenis ruri educatus fuerit. Quod idem non pertinet ad Plautinum filium, cujus imago plerumque exprimit Atheniensium juvenes, quorum appetitus rationi non obediant, sed longius evagentur neque unquam a consilio retineantur. Itaque proponitur filius amorum vi captus, nonnunquam desperans et caritate numorum pressus, ex qua eo majores difficultates oriri solent, quo saepius lenonibus et meretricibus satisfieri debet. Conspicitur etiam in eo rudis quaedam natura morumque immanitas. Sed in servum, cujus opera in consiliis exsequendis uti consuerit, gratum animum exhibet, ut ipsa libertate donare velit.

4.

Sed jam ad reliquam partem propositae disputationis pergamus, ut ostendi ratio possit, quam novae comoediae scriptores in actionis causa secuti videantur. Quod autem omnino statuimus, adhibuisse eos in actione et instituenda et explicanda majorem artem, quam reliquos comoediae poetas: id aperte intelligetur ex eis, quae deinceps disputabuntur. Quamquam autem in promptu est, eas saepe personas in scenam prodiisse, quae et aptis locis et artibus adhibitis quasi devolverentur, ut ad ipsius actionis explicationem nodique solutionem plurimum possent: tamen plerumque tota actio rebus ex vita communi desumtis continebatur, quibus personae subjectae essent, cujus generis sunt virginum raptus earumque reditus, artes servorum, quibus aut senex aut leno aut miles decipiatur. Sed non acquievere in his poetae, qui cum ipsi perpoliti essent idque, quod sibi propositum esset, bene nossent, omnes res ita instituerent, ut ad rationem et tanquam ad artem directae viderentur, ne deesset aut varietas actioni, aut certus modus. Quantopere autem excelluerint poetae et ingenio et rerum huma-

narum peritia, id tum apparebit, cum tenuerimus instituti gravitatem, qua una actio ita amplificari necesse esset, ut agentium et oratio et mens, denique tota conditio ad eam referri posset atque etiam arcte cum eadem contineretur, omissa animorum commotione, cui efficiendae fabularum scriptores studere oportebat. Nullius ingenii est, res admirabiles excogitare, sed easdem ita tractare, ut fructuosae sint hominibusque politioribus graves et jucundae, in eo spectatur poeta cultioris ingenii. Rectene autem eis tantam laudem tribuerim, an secus, de eo fortasse dubitari potest. Sed cavendum omnino est, ne, quod laudi esse debeat, id parvi faciamus. Etenim cogitandum est, quantum artis desiderarit vitae communis humilitatem exprimere, excludere res sordidas, naturam imitari, at distinguere inter id, quod deceat, et non deceat, omnem hominis honestatem ita describere, ut praecepta tradidisse non videamur, abditos animi recessus ita excutere, ut id, quod in conjectura positum sit aut in cogitatione, non habeatur pro re gesta, causas sapientiae et stultitiae, prudentiae et imprudentiae, virtutum et vitiorum ita cognovisse, ut ex fontibus recte repetantur. Harum autem rerum scientia, quamvis difficilis rite haberi soleat, instructi poetae erant ii, quos praecipuos judicemus; cujus scientiae ope facile eis contigit, ut etiam actionis rationem cum arte instituerent, quae ex illa multum pendere videatur. Illud autem maxime deprehenditur in Menandro, qui aut excellentis ingenii magnitudine, aut praeclara eruditione atque doctrina, aut utraque re ornatus fuisse perhibeatur, ut non modo argumenta cum solertia invenire, verum etiam cum facilitate disponere atque elaborare posset, quod probatur Plutarchi verbis:[1] *Λέγεται Μενάνδρῳ τῶν συνήθων τις εἰπεῖν, Ἐγγὺς οὖν, Μένανδρε, τὰ Διονύσια, καὶ σὺ τὴν κωμῳδίαν οὐ πεποίηκας; τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι, νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε πεποίηκα τὴν κωμῳδίαν, ᾠκονόμηται γὰρ ἡ διάθεσις, δεῖ δὲ αὐτῇ τὰ στιχίδια ἐπᾷσαι.* Optime tamen in eo, quod propositum est, edocebimur Terentiana imitatione, quae cum saepenumero in partibus fabularum disponendis totaque actionis ratione constituenda ab exemplo suo discederet, tamen plerumque cum eodem congruere videatur; quod quo facilius commodiusque firmari possit, praeclara est Meinekii disputatio

1. Menandri et Philemonis reliquiae, praefat. pag. XXVII.

de Adelphis, quam integram adscribamus: [2] Quamquam Adelphos Menandri una cum reliquis ingeniosissimi poetae fabulis intercidisse jure doleas, minuit tamen jacturae magnitudinem superstes Terentii fabula eodem nomine inscripta, quam expressam esse ad Menandri exemplum, praeter veterem Didascaliam Terentianae fabulae praefixam, diserte testatur Donatus Prolegg. p. 327. et Argum. p. 330. ed. Steph. Neque tamen Terentius ita se graeco exemplari quasi in servitutem addixit, ut nihil usquam mutandum vel aliunde in fabulam suam transferendum putarit. Bonam partem eum e Diphili Commorientibus petiisse, constat e Prol. 6. seqq.

> Synapothnescontes Diphili comoedia est;
> Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
> In Graeca adolescens est, qui lenoni eripit
> Meretricem in prima fabula: eum Plautus locum
> Reliquit integrum; eum hic locum sumpsit sibi
> In Adelphos; verbum de verbo expressum extulit.

Hoc nisi ipse testatum reliquisset Terentius, ego quidem, si quis affirmaret, vix crederem. Nam ipsum illud Aeschini factum tam necessario cum tota actione conjunctum est vinculo, ut, nisi cum magno fabulae detrimento, ab ea divelli non posse videatur. Restat igitur, ut Menandrum similem locum Adelphis suis inseruisse statuamus, Terentium autem, scilicet ne uni omnia Menandro debere videretur, consulto hanc fabulae partem e Diphilo assumsisse. Ac simile fuisse Menandreae fabulae episodium ei, quod e Diphilo recepit Terentius, cum per se satis probabile sit, tum aliis quoque indiciis colligitur. Placet etiam nonnulla de actionis constitutione addere, quo magis Terentii artificis studium appareat, idque, quod probare in animo est, intelligatur, repetenda illa quidem ex Graecis exemplis. Prima scena plerumque pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta

2. Ibid. pag. 1. 2.

fabulae jaciuntur, ne prologi officio Latinus indigeat, de quo plura infra dicentur, aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induci oporteat. Sequitur nonnumquam comica personarum deliberatio, ut magna sit rerum imminentium exspectatio, aut conjectura, an vera sit res proposita, an verisimilis; accusatio est et defensio, excitatio et repugnantia. Sequitur consilium personarum, ad quas maxime pertinet argumentum, ut locus sit, in quo fortuna, mixta rebus dispositis, magnas turbas dare possit. Inducitur saepenumero loquens persona, cujus oratione aut ipsius, aut aliarum personarum mores ingeniumque intelligi possint. Nodus injicitur erroris fabulae et periculum comicum, fit exsecutio consiliorum, ludificatis paene omnibus rerum exitu. Sequuntur persaepe doli ad fallendum structi, ut multa de industria, multa veluti casu evenisse videantur. Comoedia in meliorem partem jam incipit inclinare, cum ad discrimen mali perducta fuerit. Interponitur perturbatio, ut omnes omnibus reddantur offensi, aut rixa personarum, ex qua appareant mores earum inter se diversissimi. Plerumque redeunt in gratiam, atque etiam errores paulatim discutiuntur. Jam vero cum pauca inserta sunt, de quibus disceptetur, ut aut iracundia, aut indignatio commoveatur, omnis error aperitur fabulae, quae maxime finitur nuptiis celebrandis. Ex his in universum expositis, quae si non ad omnes, tamen ad multas Terentii fabulas pertineant, recte concluditur, in constituenda actionis ratione plurimum cerni artis, ut Diomedes Grammaticus jure in his tradendis laudetur: [3] tertia aetas fuit Menandri et Philemonis, qui omnem acerbitatem comoediae mitigarunt atque multiplicia Graecis auctoribus secuti sunt. Ad quae verba interpretanda Meinekius haec adjicit: [4] quae multiplicia dicantur, jam obscurum esse non potest; intelligit artificiosiorem fabularum compositionem. Graecis auctoribus i. e. quemadmodum Graeci Grammatici tradiderunt. Quae quamquam ita sunt in promptu, ut non indigeant disputatione, nec dubium est, quin Latinus artem paene omnem referat, quam in exemplo suo vidisset: tamen nonnulli fuerunt, qui fabulas ejus multis

3. Diomed. Grammat. III pag. 486.

4. Men. et Philem. Reliquiae. praefat. pag. XLV.

in partibus carperent, ut aut male cohaerere eas dicerent, aut etiam frigere et justo plura narrare. At praeclarum illud Euanthii est, cujus ope infringi altera opinio possit:[5] (Terentius) quod media primis atque postremis ita nexuit, ut nihil additum alteri, sed aptum ex se totum et uno corpore videatur esse compositum. Alterum autem spectatur, ut arbitror, in Andriae primordiis, in quibus narratio satis longa sit, et loquacior videatur Simo senex ille quidem. At vero senex est: decet illam aetatem illa oratio; datur haec venia senectuti. Ea autem est hominis facundia, quae in pectus, unde promanat, altius descendat, ea in dicendo vis, ut geri rem, non narrari putes; tam apte, tam jucunde ipse narrat, ut magis magisque capiamur et docta illa atque sapiente senis oratione mirum in modum delectemur. Lucidum vero ordinem, qui in narratione regnat, laudat Cicero in hunc modum:[6] Partitur apud Terentium breviter et commode senex in Andria, quae cognoscere libertum velit:

> Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum
> Cognosces, et quid facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat primum gnati vitam;

> Nam is postquam excessit ex Ephebis, Sosia,
> Liberius vivendi fuit potestas.

Deinde suum consilium;

> Et nunc id operam do.

Deinde quid Sosiam velit facere, id, quod postremum posuit in partitione, postremum dicit:

> Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hic et ad primam quamque partem primum accessit, et, omnibus absolutis, finem dicendi fecit: sic nobis placet et ad singulas partes accedere, et, omnibus absolutis, perorare. Idem hic artium intelligens existimator laudat

5. Euanth. de com. et trag., pag. 29. 6. De invent. I. 23.

orationis festivitatem, quae probabilis et aperta videatur.[7] Accedit eodem, ut narratio illa, quam saepe dicimus, conjuncta et contexta cum reliquis fabulae partibus sit, ex quo appareat egregius artifex, ut, qui in hoc literarum genere excellere velint, habeant, quod sequantur, exemplum. Dum enim Simo Sosiae omnium consiliorum participi narrare tantum videtur, quae ipsum nescire nolit: simul omnem consuetudinem vitae Pamphili sui, mores atque ingenium pingit, naturae bonitatem laudat, ut, quo magis illi favemus, eo facilius illius sortem postea doleamus, cum cognoverimus eundem sollicitum et incertum, utrum pudori obsequatur, an amori. Atque idem pater, cujus animus ira incensus fuerit, laudat etiam honestam Glycerii liberalemque formam, quamvis ab ea metuere videatur. Describit etiam Davi, cujus in hac fabula praecipuae partes sunt, malam mentem, malum animum; neque ignorare vult Chremeta, quocum omnis res transigenda erat, omnes consilii rationes, rem, uti gesta erat, exponendo. Ex his omnibus elucebit, optime rem habere, ut fabulae, de qua loquimur, primordia bene cohaerere cum reliquis ejusdem partibus videantur vimque suam habere; quod idem dici debet de ceteris fabulis.

Quod autem omnino intelleximus in toto comoediae genere, habuisse vitae praecepta philosopho non indigna aliaque multa, quae philosophici generis sint, idem pertinet ad describendam fabulae *οἰκονομίαν*, quae per certas partes dividi soleat. Prima pars est protasis, in qua cernitur primus actus initiumque dramatis, ut nonnulla reserventur, quo major sit exspectatio. Altera autem, quae Epitasis plerumque dicitur, incrementum est processusque turbarum et totius nodus erroris. Catastrophe, quae tertia est pars, habetur conversio rerum ad jucundos exitus, cum omnes, quid sibi voluerit poeta, aperte intellexerint.[8] Restat, quo omnis hujus rei quaestio absolvatur, ut ea etiam pars commemoretur, quam *πρόλογον* Graeci dicere solent, quaeque in fabulis adornandis vulgo adhibita est, a deo aut persona allegorica acta. Ita enim accepimus Menandrum induxisse in scenam *Ἔλεγχον*, quod simili modo Plautus nonnullis in fabulis

7. De orat. II. 80. 8. Euanth. de com. et trag. pag. 29 et 31.

imitatus est. Omnino autem statuendum est, illos comoediae prologos ad Euripidis imitationem compositos fuisse atque ita institutos, ut fabulae argumentum in iis aut obscurius significaretur, aut uberius exponeretur. Sed qui in hac constitutione virtutem inesse dixerit, is deceptum se fatebitur, cum non pertineat ad artis praestantiam declarare spectatoribus, qualis sit rerum conditio, qualis processus, qui ex ipsa fabulae perpetuitate intelligi debet: ut taceam nimiam primordiorum simplicitatem, ab Aristophane in Ranis graviter reprehensam. Est autem quod differat haec ratio a Romanorum more, ut Euanthius in his fere tradit: [9] G r a e c i p r o l o g o s n o n h a b e n t m o r e n o s t r o r u m, q u o s L a t i n i h a b e n t. Hi enim rem ita instituebant, ut prologus elocutio esset antecedens veram fabulae compositionem, cujusque species quatuor essent, ut aut fabula et poeta commendaretur, aut adversario maledicta et gratiae populo referrentur, aut fabulae argumentum exponeretur, denique omnia haec comprehenderentur. Ex quo intelligitur, distingui etiam oportere novae comoediae prologum ab eo, quem significarit Aristoteles in tragoedia, [10] dicens *μέρος ὅλον τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου:* quem locum Eichstaedtius ita interpretatur, ut intelligat d r a m a t i c a m a c t i o n i s i n d u c t i o n e m. [11] Quid praeterea egerint novae comoediae scriptores, ut fabula oeconomiam tueri possent, de eo jam dicendum est. In qua re ut verum assequamur, repetendum altius videtur. Primum omnium apparet, in illis locis, ubi actionis cessatio esse videretur, in quibusque chorus olim canere soleret, grammaticos adscripsisse vocem *χοροῦ*, id quod cadit etiam in novae comoediae rationem. Habet enim vitae Aristophaneae scriptor haec verba: [12] *πάλιν δὲ ἐκλελοιπότος καὶ τοῦ χορηγεῖν τὸν Πλοῦτον γράψας εἰς τὸ διαναπαύεσθαι τὰ σκηνικὰ πρόσωπα καὶ μετεσκευάσθαι, ἐπιγράφει χοροῦ, φθεγγόμενος ἐν ἐκείνοις, ἃ καὶ ὁρῶμεν τοὺς νέους ἐπιγράφοντα; οὕτω ζήλῳ Ἀριστοφάνους.* Quibus in verbis quid inesse videatur, obscurum esse non potest, cum nihil aliud significent, nisi quod Aristophanes, sublata choregia, in eis fabulae partibus, quae chorica carmina prius continerent, *ἐπιγραφὴν: ΧΟΡΟΥ* fecerit, secutis novae comoediae poetis, qui eadem in-

9. Id. pag. 28. 10. Aristot. Art. poet. XII. 4. 11. Eichstaedt. de dram. comico-satyrico, pag. 110. 12. Apud Dindorf. pag. XVII.

scriptione ibi uterentur, ubi Euripidis fabulae, ad quas omnino se accommodarent, στάσιμα exhiberent, quorum ope totius actionis morae expleri posse viderentur. Cujus rei testis est locuples Euanthius ita tradens:[13] comoedia vetus, ut ab initio chorus fuit paulatimque personarum numero in quinque actus processit, ita paulatim velut attrito atque extenuato choro ad novam comoediam (Graecorum) sic pervenit, ut in ea non inducatur chorus, sed ne locus quidem ullus jam (apud Latinos) relinquatur choro; ad quae deinde haec adjiciuntur: admonuit poetas, primo quidem choros praetermittere, locum eis relinquentes, ut Menander fecit; postremo ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt comici. Qui rem latius etiam persequi volet, ut perspiciat, Romanos omnino ab illo more abstinuisse, is inspiciat Hermanni nobilissimam disputationem, quam opusculis suis inseruit.[14] Illud autem, quod in nonnullis Plauti fabulis legitur,[15] id ita institutum videtur, ut tibicinis ludus ad tuendam fabulae oeconomiam adhiberetur.

5.

Jam eo pervenisse nobis videmur, ut tota disputatio ad finem adducatur, cum nonnulla de dicendi genere exposita fuerint. Quod autem de genere dicendi dici debet, quo novae comoediae scriptores utebantur, id ex totius aetatis oratione quodammodo repetendum videtur, quam aequum est poetas deserere noluisse, quemadmodum res ipsa cognita debebit. Plerumque enim fit, ut ad scriptores paene omnes plurimum possit majoremque vim habeat totius seculi natura, cogitandi sentiendique ratio, in qua homines sibi placeant, animi ingeniique cultus, hominum usus ac consuetudo, denique sua ipsorum fortuna et conditio. Haec igitur et talia circumspicienda sunt, cum vere judicare volumus, quid cui-

---

13. Euanth. de com. et trag. pag. 28. 14. De cantico in Romanorum fabulis scenicis dissert. in Opuscul. Vol. I. pag. 290 — 307. 15. Pseudol. I. 5. v. 160. cf. Stich. V. 5. et 6.

que scriptori tribuendum sit, ex quibus appareat, cur is certum rerum genus sibi sumere, sententias suo more contexere atque eloqui voluerit. Pertinent autem maxime ad elocutionem, cujus aut vis aut novitas aut venustas ex illis rebus intelligi maxime debeat, ut omnis dicendi forma aperiatur, perspectis omnibus, quae aut naturalem, aut fucatum nitorem exprimant, quae aut aspera, aut mollia haberi debeant, et quae reliqua sunt ejusdem generis. Multo etiam graviora sunt illa quidem, de quibus loquimur, cum populi cujusdam ingenium moresque prorsus mutari coeperunt, ut ipsis litterarum monumentis nova quaedam species concilietur. Ex quo judicandum est, quam necessario sermo litteraeque cum populorum ingenio contineantur, quod illas quidem et creare et excolere valeat, sive in meliorem sive in deteriorem partem, cujusque potestas tanta sit, ut sua ipsius mutatione ipsum sermonem litterasque mutare soleat. Illud autem maxime in dramaticae poeseos natura cernitur, quae ad vitam omnino se accommodare velit hominibusque omnis generis atque ordinis partes tribuere, qui sentiendi agendique rationem exprimant, omnem animi perturbationem sensusque dicendo declarent, sive soli loquantur, sive cum aliis sermones conferant. Quibus ex rebus breviter disputatis facile colligitur, plurimum valuisse totius aetatis morem sermonemque ad dicendi genus illud, quo novae comoediae scriptores utantur, ut non sit difficile, quantum ex illo sermone acceperint, videre. Sed cum non placeat repetere, quae supra de statu civitatis Atheniensis et cunctae Graeciae conditione explanata sunt, accedamus ad definiendum sermonem, qui illius seculi maxime proprius fuisse videatur. Is autem aperte intelligetur, cum redegerimus in memoriam, quantum Graeci illius temporis ingenio suo indulserint, cujus omnis ratio ad eas res maxime proclivis esset, quae animum molliter tangerent, deficientibus omnibus, quibus ad altiora eniti posset. Cum enim omnis libertas concisa videretur, ut etiam eis, qui vellent, de patria bene merendi vix data esset facultas, atque ut quisque audacissimus erat, ita maxime rem publicam capesseret: plerique rebus suis consulere maluerunt, quam res publicas gerere, quarum administratio invidiam odiumque crearet. Hinc multorum studium, quo vitae publicae mala oblivisci voluerunt in vitae privatae delectationibus, quae maxime ad litterarum cultum pertinerent, quum

praesertim ad rem militarem minus apti essent, neque in rebus bellicis gloriam adipisci liceret. Quare fieri potuit, ut morum magna esset perpolitio, cujus vis in omnes vitae partes caderet, magna in rebus pulcris venustisque elegantia, ad quam ipse sermo, quo homines uterentur, formari inciperet. Accedit eodem, ut tota instituendi ratio, qualis ab antiquissimis temporibus usitata esset, certam ingenii partem excoleret, quae in sermonis natura exprimeretur, dico subtilitatem quandam et acumen ingenii. Illud autem, quod dicimus, hoc maxime tempore elucebat, quod quo magis perspiciatur, repetendum altius videtur. Ex quo enim tempore Gorgias Leontinus, qui societatem civibus suis petebat, in concione Atheniensium multa eleganter atque artificiose dixerat, ut omnes, a quibus auditus esset, summa admiratione afficeret, [1] indeque intellectum erat, quantam vim haberet et accurata et facta quodammodo oratio, multi docendi magistri exstiterunt, quorum studium in iisdem rebus versaretur. Instituebant autem illi homines illustrium rerum disputationes, quae communes loci, θέσεις, dicebantur, ita ut in rebus laudandis aut vituperandis occupati essent. [2] Mox accessit ad illas exercitationes aliud dicendi genus, quod ἐπιδεικτικὸν plerumque dicitur, cujus omnis institutio, cum a forensi contentione abesset, ad voluptatem parandam potissimum spectaret. [3] Quo in genere res e mythologia peti solent, sed, quo majus damnum afferri videbatur, philosophicae subtilitates orationibus inseri coeptae sunt. Ad illud autem dicendi genus omnes fere, qui nomen habuerunt, oratores sese applicabant, quorum princeps est Isocrates, magnus orator et perfectus magister, cujus domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam pateret atque officina dicendi. [4] Sed quoniam ejusdem rhetoris disciplina in idem tempus incidit, quo Aristotelis studium in rebus philosophicis florere coepisset, duae quasi familiae erant, ut Ciceronis verbo utar, [5] quarum altera in philosophia versabatur, altera ad eloquentiam tradendam sese accommodabat, ita tamen, ut utraque ratio nonnunquam conjuncta esset. Itaque ne quis admiretur, cur magna esset et praeceptorum et scholarum multitudo, [6] in quibus rhetoricae praecepta

1. Diodor. XII. 53. 2. Brut. 12. 3. Orat. 11. 4. Brut. 8. conf. De Orat. II. 22. 5. De Invent. II. 3. 6. Quintil. Institut. orat. III. 1.

traderentur, quaeque, cum latissime paterent, ad totius sermonis naturam plurimum possent. Jam vero ex eis, quae disputata sunt, satis certo efficitur, quid potissimum in isto sermone inesse videatur, aut qualis sermo fuerit, qui tum temporis vigere coeperit. Est enim ille quidem mollis quidam et remissior,[7] conflatus ex eis, quae a rhetoribus et philosophis commode dicta essent,[8] cujus exemplum habemus in Phalereo, qui, cum non tam armis institutus esset, quam palaestra, processissetque ex Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis, primus inflecteret orationem et eam mollem teneramque redderet, ut suavis videri mallet, quam gravis, delectaretque magis Athenienses, quam inflammaret.[9] Sed etiam alii plures eandem rationem tenuere, ut vulgaris dici possit, excepto uno Demosthene, qui, cum flagranti patriae amore excitaretur pugnaretque pro salute communi, gravior esse vellet, ut assequeretur in dicendo perspicuitatem et sublimitatem, simplicitatem et ornatum, claritatem et brevitatem, subtilitatem et soliditatem, alia ejusdem generis. Totum igitur dicendi genus, quod saepe dicimus, ita institutum est, ut facetum recte dicatur, florens etiam et suaviter ornatum, in quo acutae crebraeque sententiae ponantur, cui adspergantur sales, qui nimium quantum valeant, quique in narrando aliquid venuste, aut in jaciendo mittendoque ridiculo adhibeantur. Vult etiam omnes orationis partes ita jungere et contexere, ut venustatis speciem concilient pulcritudinemque plurimam, utens verbis sonoris, laevibus, mollibus, cavens omnino ea, quae cum asperitate et audacia usurpentur. Animadvertendum est etiam, eas figuras dicendi adhiberi, quae delicatae sint et molles, exclusa gravitate et pondere, in quibus insit multum lenocinii. Omnia haec, quae de Graecorum sermone ejusque mutatione dicta sunt, similitudine quodammodo accedunt ad Latini sermonis rationem, ut non sit inutile, contentione quadam et comparatione facta, hujus rei quaestionem instituere. Sed ea quamvis fructuosissimae disputationis argumentum suppeditent, propter temporis angustias et studiorum meorum rationem aut aliis relinquenda, aut mihi ipsi in aliud tempus reservanda putavi. Pergam autem ad reliqua explicanda, ut appareat, quantum duo praecipui novi generis

7. De orat. II. 23. 8. De invent. II. 3. 9. Brut. 9. conf. Orat. 27. De off. I, 1.

poetae in dicendo elaborare voluerint. Jam primum exstat praeclarum Quintiliani judicium, cujus haec summa est,[10] magnam in Menandro fuisse eloquendi facultatem, ut omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus esset. Maxime autem virtus ejus commendatur eis, qui se ad eloquentiam applicaturi sint, cum habeant, quod sequantur. Quanta vis eloquendi in hoc viro fuerit, id significantius declarant nonnulli fragmentorum loci, ex quibus appareat, saepe eum forensium orationum imagines fabulis intexuisse,[11] quae futuro oratori prodesse videantur. Inde etiam est, quod τὸ πρακτικὸν in nostro poeta laudat Dionysius Halicarnasseus.[12] Accedat eodem testis Plutarchus, cujus verba ejusmodi sunt:[13] Ἡ δὲ Μενάνδρου φράσις οὕτω συνέξεσται καὶ συμπέπνευκε κεκραμένη πρὸς ἑαυτὴν, ὥστε, διὰ πολλῶν ἀγομένη παθῶν καὶ προσώποις ἐφαρμόττουσα παντοδαποῖς, μία τε φαίνεσθαι καὶ τὴν ὁμοιότητα τηρεῖν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ συνήθεσι καὶ ὑπὸ τὴν χρείαν ὀνόμασιν, ἐὰν δέ τινος ἄρα τερατείας εἰς τὸ πρᾶγμα καὶ ψόφου δεήσῃ, καθάπερ αὐλοῦ πάντρητον ἀνασπάσας, ταχὺ πάλιν καὶ πιθανῶς ἐπέβαλε καὶ καθίστησι τὴν φωνὴν εἰς τὸ οἰκεῖον. Πολλῶν δὲ γεγονότων εὐδοκίμων τεχνικῶν, οὔτε ὑπόδημα δημιουργὸς, οὔτε προσωπεῖον σκευοποιὸς, οὔτε τις ἱμάτιον ταὐτὸν ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ καὶ μειρακίῳ καὶ γέροντι καὶ οἰκότριβι πρέπον ἐποίησεν. ἀλλὰ Μένανδρος οὕτως ἔδειξε τὴν λέξιν, ὥστε πάσῃ τῇ φύσει καὶ διαθέσει καὶ ἡλικίᾳ σύμμετρον εἶναι, καὶ ταῦτα νέος μὲν ἔτι τοῦ πράγματος ἁψαμενος, ἐν ἀκμῇ δὲ τοῦ ποιεῖν καὶ διδάσκειν τελευτήσας, ὅτε μάλιστα καὶ πλείστην ἐπίδοσιν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, λαμβάνει τὰ περὶ τὴν λέξιν τοῖς γράφουσιν. quibuscum haec jungantur:[14] Ἥ τε γὰρ λέξις ἡδεῖα καὶ πεζὴ κατέσπαρται τῶν πραγμάτων, ὡς μήτε ὑπὸ νηφόντων καταφρονεῖσθαι, μήτε οἰνωμένους ἀνιᾶν· γνωμολογίαι τε χρησταὶ καὶ ἀφελεῖς ὑποῤῥέουσαι καὶ τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάττουσι καὶ κάμπτουσι πρὸς τὸ ἐπιεικέστατον. Omnino autem instituto nostro consultum esse existimo, si adjunxero, quod Meinekius bene monuit:[15] non alienum fuerit Demetrii meminisse, qui in libello de Elocut. §. 193. seqq. Menandri dictionem vel inprimis παθητικὴν fuisse subindicat, utpote particularum et conjunctionum vinculis solutam ideoque gestu et actione juvandam. Talis enim est λέξις λελυμένη καὶ ὑποκριτικὴ, quod indicat etiam

---

10. Institut. orat. X. 1, 69. seqq. 11. Cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. pag. 363. 12. Vett. script. cens. V. p. 424. 13. Menandri et Philemonis reliquiae, praefat. pag. XL. XLI. 14. Ibid. pag. XLII. 15. Ibid. pag. XXXVII.

Grammaticus apud Bekkerum An. Gr. II. p. 745. Menandri et Aristophanis exemplo usus. Restat, ut de Philemonis oratione dicatur, cujus rationem Apulejus in his fere descripsit:[16] Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias vitae congruentes: joca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum: ad quae addantur a Meinekio disputata:[17] Philemoni contra Demetrius dictionem συνηρτημένην καὶ οἷον ἠσφαλισμένην τοῖς συνδέσμοις, ideoque recitationi, quam actioni accommodatiorem tribuit. Cum Demetrii loco egregie convenit Dio Chrysost. Orat. XVIII. p. 255. comparatus etiam a Valesio Emend. II. 6.: cujus disputationis qui summam reddidit Harlesius ad Fabric. B. G. II. p. 455. non meminisse videtur, fuisse inter eruditos, qui Demetrii libellum περὶ ἑρμηνείας Dionysio Halicarnassensi tribuerent. Atque haec fere habui dicere, ex quibus intelligatur, quae et qualis fuerit Menandri et Philemonis in dicendo virtus ac gloria, quibus scio quidem plura etiam addi posse, sed aliis relinquenda putavi, ne ejus, quod institutum est, modum excessisse viderer.

---

16. Apulej. Flor. 16. 17. Menandri et Philem. reliq. praef. pag. XXXVII.